HEROES ROMANI: HOC EST, VITÆ ET RES GESTÆ ILLUSTRIUM...

Johannes Rosa, Michael Neander




BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
42 G
22

HEROES ROMANI:

Hoc est,

VITÆ ET RES GESTÆ ILLVSTRIVM IVXTA AC FORTISSIMOrum Ducum & Imperatorum Romanorum;

itemque insigniores & admirandi Euentus, qui ab Urbe condita intra septingentos & quinquaginta circiter annos sub iisdem contigerunt.

Authore

IOHANNE ROSA, in Academia SALANA Eloq. & Histor. P.P.

Accesserunt

Romaica, siue, ROMA *cœpta, belligerans, victrix, ac triumphans* MICHAELIS NEANDRI.

&

CHRONOLOGIA HISTORIÆ Romanæ, ad Fastos Consulares accommodata, ELIÆ REVSNERI.





FRANCOFVRTI, quod est ad Mœnum

Cura & impendio Ioh. Iacobi Porsii, imprimebat Nicolaus Hoffman.

M. DC. XII.

PROLEGOMENON IOANNIS ROSÆ DE VTILITATE ET FRVCTV LEctionis Historiæ præsertim Romanæ.

HISTORIÆ appellatione rerum gestarum commemorationem intelligi notum est. Sunt autem historiarum aliæ sacræ aliæ profanæ. In historiis sacris principem locum optimo iure tenet historia Domini nostri IESV CHRISTI: quod nimirum hic Dominus est Deus Homo: & ille per quem, & in quo, facta sunt omnia; quo solo vera beatitudo hominis consistit; adeo vt nnes ab eo aberrantes à fruitione veri finis, siue sumi boni, & veræ salutis excludi necesse sit: quum decrem Dei sit immotum & infallibile, vt nullo alio modo, si per fidem, quæ hunc Dominum agnoscit, & in eo uciam omnem constituit, cum Deo coniungamur: reconciliati υἱοθεσίαν filiorum Dei, ac possessionem rnæ beatitudinis consequamur. Quare huius perx historia, merito in maximo precio habenda, & exsite discenda ac perdiscenda est: vt pote in qua ar de rebus summis, summeque nobis necessariis: & personæ, dicta, facta, & passiones describuntur: Sol non vidit in terris maiorem: à qua nihil prori est, nihil susceptum, quod non sit plenum diuinæ e inexhaustæ sapientiæ: quodque nostra non mum intersit; & dignum sit, in quo singulæ vo- & momenta quam accuratissime cum summa reatia & veneratione in timore Dei expendantur.

Post

Post historiam filii Dei in sacris habetur historia Ecclesiæ: docens, quid acciderit cum toti illi agmini, tum piis hominibus, qui sunt peculium, sponsa & templum filii Dei; populus sanctus, in quo Deus habitat quem verbo suo alloquitur, illuminat, regenerat, sanctificat, & à quo vicissim agnoscitur, pro summo bono habet, celebrat, inuocat, & colitur vera fide, & piis cultibus ipsi gratis. In hac historia quum fere fiat; vt sicut Planetæ contrarium mundo iter tenent; ita præter rerum seriem, id est, præter communem naturæ, & vsitatum humanæ vitæ cursum, plurima accidant: multa veniunt consideranda, quæ non sunt communia cum profanis historiis: sed Ecclesiæ propria: verbi gratia, quando Deus sibi pro immensa bonitate, inde vsque ab initio mundi colligat ex generis humani, vi peccatorum operti, colluuie, semen sanctum: & per suam vocem destruat opera diaboli: det Spiritum sanctum: corda aperiat, regeneret, fidem & conuersionem accendat, alat, sustentet: quæ fidei sit virtus, & efficacia, & successus, quando de diaboli rabie & insidiis. de vniuerso mundo & propria carne triumphet: quando per tot & tanta impedimenta quæ alioqui hominibus inuicta sunt, perrumpat: & in vilissima, immo in misertima specie ærumnarum & mortis viuat; atque ab ipsa cruce robur accipiat: in quibus cultibus se exerceat: quanto veriora virtutum ornamenta habeat, quam Philosophicæ tantum & Ethnicæ disciplinæ schemata: quibus præterea in locis, & quandiu doctrina de Deo sonuerit: per quos propagata, custodita, repurgata, & propugnata, per quos vel vi vel venenatis dogmatis oppugnata sit: quam fortunam homines Deo carissimi, fuerint in mundo experti: & quibus documentis filius Dei declarauerit, vere sibi credentes curæ esse; se regem & sacerdotem esse huius miseri, spreti, diabolo & mundo extreme inuisi & humanis iudiciis deplorati agminis, quod in ipsum sperat, ipsum inuocat; se vere viuere, vere suos respicere, exau-

dire

dire, fouere,iuuare,consolari, tueri, & ducere ad æternam gloriam: & si quæ sunt alia huius generis. Hanc partem Historiarum etsi homines securi fastidiunt, & longe maiore cum voluptate & admiratione res gestas magnorum ducum, aut etiam improbissimorum nebulonũ scelera cognoscunt, tamen sciamus, tãto pluris faciendam esse, quam quæ tantũ humana recitant, quãto cœlum terra, diuina humanis, æterna desituris, finis iis quæ sunt destinata ad finem, dignitate præstat. Reliquæ sunt postea profanæ historiæ, complectentes cursum mundi: quę etsi recte postponuntur sacris: vtilitates tamen habent ingentes; dum animum imbuunt rerum notitia, quę afferunt sapiẽtiam ad varias vitæ partes accõmodatam, & pietati quoq; suo loco seruientem. Etenim homines ignari de Deo, quum honestatem vitæ cõmendant; inter cætera, quæ in hanc sententiam afferũt, iubent considerari: quam pulcrum hominisque naturæ conueniens decus sit virtus, quam ita vocant, id est, illa in externis moribus cõspicua vitæ honestæ gubernatio: quum homo iuste, caste, sobrie, continenter, moderate, fortiter sese gerit: & quam fœda macula, quam turpis deformitas sit, vel omnis eiusmodi virtutis esse expertem, vel certe aliquid committere, quod ab ea sit alienum, iubent item aspicere varios pœnarum gradus, quibus regulariter homines scelerati petulantes, cupidi, fraudulenti implicantur; & præmia; quæ veluti mercedem laboris honestas afferat suis cultoribus, maxime vero gloriam & fauorem, quæ à bonis & viui & mortui accipiant, & commoda publica, quibus sæpe totæ gentes & respub. per vnum hominem virtutis amantem afficiuntur. Has rationes optime illustrant historiæ, dum exempla insignia in omnium ordinum, ætatum, & vtriusque sexus hominibus ponunt ob oculos. Simul autem dum in pœnis ostendunt, etiamsi interdum aliqua deprehenditur irregularitas, tamen pleraque euenire regulariter, si præsertim quis totum actum dramatis, & fortunam succedentis familiæ, nec vnum tantum par-

tem, aut vnius breuiſſimi temporis ſpacium obſeruet, & multa ſic euenire, vt manifeſte aut talionem, aut notam inſignem, quæ cum modo delicti habeat aliquam ſiue temporis ſiue loci ſiue vniuſcunque alterius rei congruentiam, præ ſe ferant: plerunque etiam mala conſilia contumaciam & molitiones improbas in verticem auctoris deuolui: valde confirmant ſententiam de prouidentia, quod ſcilicet ſit aliquod numen, obſeruans hominum actiones, & improbæ vitæ iraſcens: etiamſi alia flagitia confeſtim puniat, in aliis paulo tardius & gradu quodammodo lento ad puniendum accedat. Veſtigium etiam aliquod prouidentiæ præbent prædictiones & ſigna: vt ſunt prodigia, omina, portenta, quæ variis modis ſolent res magnas præcurrere: quanquam eorum nonnulla à Diabolo obiiciuntur, vt alias indicatur, quum oſtenditur, quæ inter diuinas & diabolicas præmonitiones ſit differentia. Ponunt præterea hiſtoriæ ob oculos expreſſam faciem mundi in quo quod optimum eſt, & à vera agnitione Dei & à vera fide, & pietate ſeparatum, eſt aliquid humanæ ſapientiæ & prudentiæ in rebus huic vitæ ſeruientibus, & aliquid honeſtatis externæ, quæ tamen ipſa, reperiuntur apud pauciſſimos: & in illis quoque omnia hæc multis inſcitiæ errorum, ſimulationum, inconſtantiæ velut fumis obfuſcata laborant; in multis honeſtas ſolo pœnarum metu non aperte violatur, vt ſint ſine hypocriſi & cunctis virtutibus ſerio addicti, vbique vitam agunt vere inculpatã, ab omni labe externa immunem, & non aliqua inſigni alicuius euidentis vitii nota deformem; vtque quod honeſte agunt, ad legitimum finem referant. Cætera omnia ſi inſpicias, vides eſſe obruta horrenda nocte ignorantiæ Dei, blaſphemiarum & mendaciorum in rebus ad Deum, ad verum finem ſiue ſummum bonum hominis, adeoque ad animæ ſalutem pertinentibus: omnia eſſe plena incrudelitatis, contemptus veri Dei & operum diuinorum, idololatriæ, ſuperſtitionum, adorationis diaboli & ope-

rum

rum ipsius ; tot exerceri genera impiorum operum & conatuum, studii & fiduciæ intentis rebus perituris, in iuriarum in contumacia & petulantia erga leges & superiores, in cædibus, parricidiis, crudelitate, iniquis iudiciis, violenta oppressione, defraudatione, πλεονεξία, furtis, stellionatibus, rapinis, prædationibus, perfidia, ingratitudine contumeliis, calumniis, obtrectationibus, delationibus: tot agitari modos πανουργίας & versutitissimarum molitionum, atque insidiosarum artium, simulationum, & fucatæ beneuolentiæ, assentationum, leuitatis: omnia feruere confidentia, securitate, superbia & insolentia in rebus secundis; nimia animi abiectione, desperatione, impatientia & fremitu in rebus aduersis; φιλαυτίᾳ, ostentatione sui, vbique se venditante quibus potest modis: vbique ardere ambitionem, æmulationes, cupiditatem dominandi, φιλονεικίαν & pertinaciam, inuidiam, πολυπραγμοσύνην, odio & vindictæ cupiditatem, ἀστοργίαν, dissidia & animorum distractiones, rixas & contentiones, audaciam & temeritatem, animorum inquietudinem: auaritiam inexplebilem: omnia diffluere luxu, delitiis, intemperantia; conspurcari fœditate, & confusione horrenda libidinum omnis generis: & vt semel dicam omnia plena esse furoris & insaniæ, & omnia omnis generis improbitate redundare, adeo vt nulla fere pagina sit, quæ non aliquod improbitatis specimen recitet, atque ita historiæ sint locuples testis, quod mundus sit aula principis sui mendacis & homicidæ diaboli (quanquam & alia simul opera huius spiritus ex historia notari possunt) quod cor hominis sit prauum, & in eo vere οὐδὲν ὑγιές; quod quam plurimi homines in vita sua operam strenue nauêt diabolo in ipsis regnãti, & veluti histriones saltent ipsius fabulas in Dei contumeliam, & humani generis perniciem: vt maxime mirum sit, in tanta vi malitiæ aliquid ciuilis honestatis, nedum seminarum ecclesiæ reliquum manere potuisse, aut etiamnum manere posse. Neque vero tan-

tum mala culpæ produnt historiæ: verum etiam deducunt nos in tristissimum theatrum innumerabilium miseriarum, quibus vita hominum in terris publicè & priuatim assidue propter peccatum premitur. Continuæ enim ibi sunt narrationes de incendiis bellorum, seditionibus, strage hominum, obsidionibus, direptionibus, exciidiis vrbium, morbis epidemiis, fame, sterilitate & difficultate annonæ, motibus & mutationibus in rebuspub. concussionibus & interitu regnorum, migrationibus, vastationibus, dissipatione, exactione. seruitute & oppressione politiarum & sæpe totarum gentium, asperis guberationibus, terræmotibus, & inundationibus ferarum & insectorum iniuriis. His adde errores in consiliis, infelicitatem, difficultates, & impedimenta in rebus etiam; in rebus, quæ bona sunt & legitimè geruntur; imprudentiam in vitandis iis, quibus mala possunt attrahi, & ipsam cæcitatem aut inquietudinem animi, qua quis sæpissime ipse sibi iniquioris fortunæ faber est; & singulorum hominum vitam breuissimam, incertissimam, & laboriosissimam; sæuum imperium mortis in omnes, in multis etiam exitus tragicos, ægritudines & cruciamenta corporum plurima & acerrima, varia naufragia fortunarum, paupertatem optima etiam studia, facta, & merita partim neglecta, partim lacerata & vexata iniquissimis inuidie, calumniarum, ignominiæ, maleuolentiæ, ingratitudinis & similium pestium morsibus; infelicitatem coniugii, liberorum orbitatem, viduitatem, inimicitiam ab aliis intentatam, desertionem amicorum & propinquorum, aut etiam eorum funera, carceres, captiuitatem, seruitutem, dira supplicia, exilia, periculorum imminentium metus, terrores, pauores, & animi angustias, fortunæ lætioris, adeoque omnium rerum humanarum instabilitatem & tristem mutationem molestias vitam, vocationem, & laborum subleuationem interpellantes; continuam malorum successionem qua fit, vt ex vno eluctatus, aliud nouum cogatur metuere, nec quispiam

ante

ante ſupremum diem ab omnibus miſeriis immunis eſſe poſſit; omnium rerum inſtabilitatem: caduca videlicet & fragilia puerilibusq; conſentanea crepundiis ſunt iſta, quæ vires atque opes humanæ vocantur, affluunt ſubito, repente dilabuntur, nullo in loco, nulla in perſona ſtabilibus nixa radicib. conſiſtunt: ſed incertiſſimo flatu fortunæ huc atque illuc acta: quos in ſublime extulerunt, improuiſo recurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergunt. Itaque nec debent exiſtimari neque dici bona, quæ inflictorum malorum amaritudinem deſiderio ſuo duplicant. Hæc & plura mala in homines vbique graſſantur: nec vllum vnquam fuiſſe tam altum, potentem, robuſtum, ſapientem, circumſpectum, quin aliquam eorum partem fuerit expertus, ac tandem poſt varios dolores ex hac vita abierit; hiſtoriæ luculenter oſtendunt: & inſuper exempla habent, in quibus cernimus, quam ſit miſerum in ipſis miſeriis à verarum conſolationum portu excluſum, in impatientiæ & deſperationis fluctibus relinqui. Ab hoc quoque vſu non ſeparo, quæ ad vices & orbem fortunæ pertinent: quum ea in ipſa rerum humanarum, quas ibi ſubſtantias habet, inſtabilitate ludat, & mala quidem interdum corrigat, non tamen præſtet in terris felicitatem fidam, ſed quem modo extulit, aut cui aliquam diu pepercit, eundem leui momento ad graues caſus depoſcat; ſicut Plutarchus de Demetrio vſurpat verſus Sophoclis, quibus Menelaus conqueritur, fortunam ſuam toties mutatam, Lunæ eſſe ſimilem, quæ ſubinde faciem mutet. Recenſui aliquot vtilitates hiſtoriarum, quas ad comparandam & alendam ſapientiam & ad modeſtiam, iuſtitiæ, humanitatis, adeoque omnium virtutum ſtudium, immo ſuo loco & ad pietatem plurimum vnicuilibet eas attente legenti conferre manifeſtum eſt. Iam vt etiam aliquid de politicis vtilitatibus addam, extra controuerſiam eſt gubernationem politicam vnum eſſe de operibus, quæ ſunt in vita humana difficilima; & tanto maiorem, quam vel

nauigii vel pecudum rectionem requirere prudentiam quanto plura & nobiliora sunt, in quibus administrandis ea est occupata: & quum abest prudentia, impedita esse omnia, facilimeque præcipitari rempub. in mala, ex quibus aut nunquam aut difficulter possit iterum emergere. Etsi autem apud Philosophos multa (si de externis & humanæ rationi obuiis causis loquamur) sapienter dicuntur de rebus, quæ sint vel saluti & præsidio, vel exitio politiis: tamen nisi experimentis ista quasi in rem præsentem deducta fuerint, minus sunt perspicacia. Sed experientiæ quum duo sunt modi: vnus videlicet quo nos ipsi facimus alicuius rei periculum; alter vero, quo aliorum casus notamus: & ille quidem quanquam propius & altius animum tangit; non tamen fit sine maximo, quo plerunque constat, periculo, nec quæ est vitæ humanæ angustia, omnibus quæ vlli hominum euenire possunt, subeundis sufficiat: hic vero sit tutior, & in vno die plura cognoscat, quam aliquis multorum annorum experientia propria disceret, & in maxima varietate, quid diuersis temporibus, locis, & personis acciderit, videat, nihil potest esse homini politico, immo etiam cuiuis priuato, qui inter homines cum aliqua circumspectione versari cupit, historica lectione aptius aut fructuosius ad acquirendam prudentiam, quæ, nisi humanorum ingeniorum, studiorum, negotiorum, periculorum, consulationum, conatuum, euentuum diuersitatem, & vitæ atque gubernationis felicis & infelicis viuas imagines habeat perspectas, admodum est exigua. Ac vt de eo mentionem faciam, qui rempub. tractat, optime is videt in maximo numero exemplorum, quæ res soleant aperire fenestram mutationibus, quanto rectius & maiore cum spe placidioris euentus, maioribus etiam & durabilioribus cum dominorum, tum subditorum commodis gerantur, quæ fiunt accurate & sedulo, prudenter, iuste, æqualiter, moderate, cunctanter, continenter, sobrie, comiter, clementer, bona fide, fortiter, quam quæ suscipiuntur

tur

tur negligenter, imprudenter, inique, crudeliter, superbe, confidenter, ambitiose, impotenter, pertinaciter, temerarie, libidinose, auare, aspere, perfidiose, muliebriter, &c. quanto præstet à subditis amari, quam metui; quiescere, & modico contentum sua recte administrare, quam mouere non necessaria, & facile prosilire ad arma, atque inhiare alienis, quam breui tempore mala leuia neglecta vires immensas acquirant: quantum valeat apud subditos exemplum magistratus, si ab ipso tanquam à capite sano vigorem virtutis cætera membra accipiant, & si velut salutaris quædam honestæ vitæ aura ab ipso procedens afflando alios ad studium honesti exuscitet: quantum item referat domi sapere, nec tantum pendere ab aliis, quam perniciosum sit aures sapientibus præclusas patefacere assentatoribus, hominibus imperitis, leuibus, temerariis, quantum noceant ministri virtutis expertes: quantum in educatione personæ, quæ cæteris aliquando præfici debet, sit situm, quæ res præcipuo ornamento sint dominis, & faciant eos non modo apud subditos & vulgus, sed etiam apud omnes sapientes, & ad omnem posteritatem gratiosos; nimirum, non generis nobilitas, non splendor muneris, non territorii & redituum amplitudo, non opum affluentia, non vestitus, ędificiorum, supellectilis, apparatuum, monumentorum magnificentia, delitiæ & luxus, non satellitum copiosus numerus, non fastus & insolentia, multo minus subditos supra modum premens acerbitas, morum obscœnitas, helluatio, temeritas in turbanda tranquillitate, aut siquid est huiusmodi; sed sapientia, virtutum studium conditum comitate, laudabiliter administrata Respub. sapientibus & optimis gaudens familiaritas, honos virtuti & recte factis & bonis viris habitus. Hæc bonorum dominorum propria sunt, de quibus nihil, vt de illis, quæ priore loco nominabam, sibi vendicare possunt improbi, hæc verum atque perpetuum decus gubernatori conciliant & dilatant: his rebus omnes illi, quorum

rum memoriam cum aliquo honore legimus, talem gloriam sunt consecuti: quibus ornamentis in Ecclesia recte adiungitur vera animi pietas tanquam radix, ex qua veriores virtutes enascuntur: & quæ etiam in rebus ad gubernationem pertinentib. sapientiam habet sublimiorem, dum de fine vltimo tam gubernationis quam totius vitæ humanæ, de politici magistratus vero auctore dignitate, & officiis, & quanto vel hoc momine mitior gubernatio debeat esse in subditos, quod homines conditi sunt ad imaginem Dei, quam quæ apud ethnicos reperiuntur. Sed & hoc bonæ menti vestigia diuinorum operum in creaturis & euentib. notanti gratum est animaduertere in historiis illustria documenta, quæ euidenter ostendunt, quod florens rerumpub. status & incolumitas, adeoq; totus ordo politicus & imperiorum constitutio & conseruatio sit Dei opus. Videmus enim fortunam & successus in rebus gerendis ad humana consilia & virtutem, etiamsi ea adhiberi oportet, nequaquam sic esse alligata: vt vbiq; illis respondeat & nuspiam fallat: ac non raro accidere, præsertim in bellis, vt ad quæ quicquid ab homine prudente, potente, animoso proficisci potest, confertur, ea longe tamen aliter cadant, quam fuerat cogitatum: Potentissima item imperia à tam paruis initiis surgere, & limites proferre successu plane admirando, quem alias longe maiores & conatus indefessi assequi non potuerunt: Nullam insuper esse rempub. quam non foris & intus infestent interdum maxima pericula, quæ sæpe in tantum discrimen erumpunt, vt ipsa de se desperet; sicut, vt Romæ aliquoties accidisse videbimus, ac in tam desperato statu sæpe inopinato opem contingere: Sæpe etiam sic liberationem euenire, vt in ipso articulo & momento temporis, & vbi vel tantillum moræ perdidisset omnia, adsit non prouisa salus, aut liberationis commoda occasio: vt quũ Camillus in tempore Gallos Romam tenentes opprimit; aut quum Alexandro iam ictum lethalem accepturo accurrit oportune Clytus, & eum seruat; Interdum

dum mirabiliter & præter humanum morem hominibus in extrema positis desperatione venire in mentem salutaria consilia & ausus: de quibus Homerus intelligit, quum de magnis & non vsitata ratione effectis decretis dicit, quod consilium Deus aliquis suggesserit: Stare aliquandiu quasdam politias, & mirabiliter manere incolumes, quæ non habent tantum præsidii, vt possent arcere hostes infestos: Sæpe item victores, qui animum explere poterant, quasi fascinatos aut mente diuinitus oblata cæcos & inertes torpere ac teneri, ne occasionib. optatissimis vtantur, neue progrediantur ad extremum eorum, qui victi sunt, excidium: sicut de Gallis scribitur, eos si confestim post Aliensem pugnam Romam perrexissent, omnia sine negotio fuisse occupaturos: & de Hannibale notum est, ꝙ victor ad Cannas, occasionem tamē occupandi vrbem, vltro dimiserit ex manib. Habere præterea regna suas fatales periodos, quib. peractis, manifeste vergant ad interitum: heroicos item viros singulari robore corporis & animi virtute, consilio, successu, gratia eximios, quib. nulla difficultas, nullum periculum, nulla vis aut fraus cursum potest intercipere, quiq; in medias acies sese impune inferunt & solo aspectu ac voce sunt hostib. terrori, esse prorsus quiddam supra cōmunem hominū fortunā: nec ex vno certo genere, loco, aut tempore nasci, sed raros esse, & ea vti felicitate, vt manifestum fiat eos promoueri & protegi diuinitus: ac tales quidem excitari, quum respub. debet lætari aliquo insigni beneficio: rursus etiam tolli è medio, & quasi fulcra, quæ ædificii molem alioqui corruituram sustinent, subduci aut negari, quum mala imminent: Cum cæteris interim bene agi, si quæ ab heroibus constituta sunt: possunt vtcunque sustinere: constituere autem simile quid volentibus, infelicissime rē cedere. aut certe abire in risum. Præterea nullius vere prosperitatem esse perpetuam, sed suis metis circumscriptam: sicut multos magnos viros ad extremum fortunæ benignitas deseruit, ne scil. eius domini fuisse viderentur.

Huc

Huc addantur terrores Panici, qui interdum leguntur hostibus fuisse incussi. Omnium autem iucundissimum est videre in historiis ethnicis, quando euentus regnorum & politiarum, de quibus sacræ literæ vaticinia continent, responderint prædictionibus Propheticis: quæ sane cuncta liquido testantur, curæ esse Deo respublicas. Non etiam contemnenda est hæc historiarum ethnicarum vtilitas; quod si instituitur earum ad doctrinam cœlestem collatio, perspicue appareat, religiones omnes, quæ à verbo Dei dissident, esse recentiores doctrina Ecclesiæ: & diabolum tamen miris technis & fraude multiplici suos cultus vbiuis locorum & temporum confirmasse per spectra, oracula, somnia, miracula, &c. Postremum historiarum vsum facio militarem, ad quem spectant præliorum, obsidionum, stratagematum & similes descriptiones: multum in castris aliquando versaturis, ad rei militaris scientiam vtiles. Sed qui togatam vitam sequuntur, possunt hanc partem obiter aspicere, vt commonefacti talibus narrationibus, discant honorifice sentire de fortitudine & gloria bellica. Hic enim conspicitur, quam bene de repub. egregius miles & dux magnanimus mereatur: quod non sufficiat ad victoriam, posse tantum ferrum gerere: quanti laboris, sudoris, & periculi res sit tot occupari & distrahi cogitationib. consiliis, vigiliis, operis, in inueniendis stratagematis, prouidendo commeatu, captandis & non negligendis rerum momentis, in instruenda acie, castra metando, propugnando & muniendo sua, apte distribuendo præsidia, præliando ducendo, & regendo militem, oppugnando, sustinendo, fallendo, cauendo, arcendo hostem nihil non conantem & molientem, in addendo suis animum, iuste administrando pœnas, & exercendo iudicia & tempestiue adhibendo tum ἐπιείκειαν tum rigorem, in reprimendis seditionibus & earum seminibus, retinendo constãter recti propositi sententiam contra reclamantium importunitates, nec abiiciendo salutarem intentionem

nem

nem propter hominum imperitorum sinistra iudicia aut facta tolerando varias iniurias aeris, itinerum, famem & sitim, quum vrget necessitas: in medio quoque armorum strepitu & interdum rebus proiectis, sese tamen colligere, & si quid ex vsu esse possit, non obliuisci, nec solum exercitum & socios, sed & seipsum retinere in officio. Vbi vero ventum est ad conflictum, manu simul & pectore dimicare fortiter, neque dubitare, pro bono publico pulcram petere per vulnera mortem. Hic item velut in speculo quodam cernitur, quibus moribus salutarem ducem & militem instructum esse conueniat: quantopere ad res magnas serio, præclare, expedite & feliciter gerendas, omnium togatarum quoque virtutum maximo studio opus sit, quantumque intersit inter strenuum bellatorem, & hominem temerarium, siue etiam Thrasones istos, qui in hoc putant esse omnia, si possint contrahere supercilia, præ se ferre vultum spirantem minas, abominando atque obscœno habitu honestorum hominum oculos offendere, rasura comæ & barbarum esse inepti, accingi prælongo ferro, in sermone ambullas & sesquipedalia verba, & voces arrogantes eructare cateruatim, ad tertium quoque verbum intonare execrationum fulminibus, & omnia fœdare verborum spurcitie, qui sibi laudi ducunt, si contemtu legum, honestatie, magistratuum sint insigniter feroces ad quamuis petulantiam: ad vexandos inferiores & imbelles ad sua perdenda, ad diripienda aliena prompti, in euacuandis poculis strenui: delibuti stupris & adulteriis, & qui in scortorum agminibus atque impurissimæ vitæ scœno dies & noctes sese volutent, nec tam oppositæ aciei, quam pietatis, & virtutis, & pudoris hostes sint infensissimi, qui nihil loquuntur, nihil agunt, nisi impium, blasphemum, ferox, tumidum, turpe, impurum, impudens, barbaricum, & ab omni veræ virtutis studio quam alienissimum. Et hæc quidem de vario fructu ex variis historicis ethnicis petendo, paucis adumbrasse

iam

iam satis sit. Dabunt autem studiosi in earum lectione operã vt quæ legunt, ad hæc capita referant, & si quæ ad vsum in imitatione, aut quibuscunq; vitæ negotiis trãsferenda sunt, prudenter & aptæ notatis iis, quæ congruant, aut non cõgruãt accommodent. In ipsa quoque lectione, quæ magis necessaria, & notatu digniora sunt, à cæteris, quibus non est opus fatigari memoriam, separent, & vt omnia sint planiora ac suauiora, obseruent distinctionem temporum, quæ secundum annos summorum regnorum siue monarchiarum, vt vsitate nominamus, valde concinne possunt distribui, neque etiam negligant qualemcunque locorum, vbi res gestæ sunt, notitiam, petendam ex tabulis Cosmographicis Ac sicubi amplarum & nobiliorum familiarum eruditæ genalogiæ haberi possunt, eas adhibeant. Ita plurimum lucis & gratiæ lectioni accessurum experientur. His in genere præmissis; conferamus nos ad Romanorum, historias tanto maior expectandus vtilitatum prouentus, quanto diuturniore labore imperium hoc fuit constitutum, & acquisita maior potentia, & à pluribus auctoribus Græcis & Latinis, quæ ibi euenerunt, diligenter sunt conscripta. Quanquam vel hoc solo nomine dignæ erant, quæ cognoscerentur, quod sine illis plærataque in sapientiæ & eloquentiæ Latinæ magistro præcipuo M. Cicerone obscura sunt & minus grata, quod etiam illud regnum, de quo vix ægre adhuc supersunt, sed tamen supersunt, & prædicente Daniele vsque ad aduentum Christi superetunt, exiguæ quædam laceræ & varie disiectæ parietinæ, postremum est de supremis orbis terrarum monarchiis, & quod quum non minus accurate, quam copiose omnia, quæ dum Roma ad tantum surrexit culmen, gesta sunt, annotata extent plura exempla togatarum & bellicarum virtutum & aliarum rerum, quæ nascenti illi regno salutares, occidenti autem perniciosæ fuerunt, hinc possunt desumi. Ac vt melius possint obseruare studiosi, quid (si loquendum est de rebus, quæ patent humanis iudiciis)

pro-

profuerit, quid necuerit tantę reipub. :de hoc statim in exordio eis admoneri prodest. Quod, etsi nulla vnquam fuit, est, aut erit resp. in qua omnia sint integra nec multæ reperiantur feces & subinde variorum vitiorum semina prouenjant, quæ etiam vbi euulsa sunt, repullulare solent: & vniuersaliter virtus ethnica quam longissime à perfectione abest, permultum tamen referat, si illi qui in magistratu primi sunt, habeant virtutes ciuiles in precio, & ad eas se componunt nec conueniant ad flagitia, sed ea tam in sua, quam in aliorum vita serio aduersentur & seuere puniant: & sic partim suo exemplo, partim iusta animaduersione, partim præmiis honestati propositis, inferiores quoque ad eam studiose amplectendam alliciant: de multitudine autem plurimi eos, qui præsunt, sequantur, & reuereantur eorum cum vitam tum imperium. Hæc enim dum vtrinque fiunt, magno subsidio sunt rebuspublicis: sicut econtrario, vbi ea vel euersa iacent, vel habenter neglgentius, impossibile est vt sit felix aut florens gubernatio; nec multa grauissima & exitium attrahantur. Inuenimus autem in Romanis, dum res eorum creuerunt, viguisse apud plerosque, nec vnquam in vniuersum interruptas fuisse, quin mox iterum in ordinem, si quid erratum esset, redigeretur, multas illustres disciplinæ virtutes: quibus certatim opera data est à maiore parte subditorum & magistratuum & tantum attributum studii, vt priscis illis temporibus multo pulcrius haberetur, cum viris optimis de honestate, quam, vt postea degenerante seculo putatum est, cum auaris de opulentia, aut cum luxuriosis de delitiarum varietate certamen, suscipere. De illarum numero fuit ardens amor patriæ siue totius Reipub. honestis legibus constitutæ, libertate sua vtentis, quam iudicarunt dignam esse, cuius salus non modo iactura fortunarum, sed & liberorum ac suæ vitæ adeoque omnium rerum priuatarum amissione, quoties res posceret, redimeretur. E-

am enim florentem viderunt ſibi quoque ornamento eſſe, & priuatorum res inſuper ſaluas præſtare, ea vero laborante, nihil poſſe eſſe priuatis hominibus tutum ab iniuriis. Ideoque multo dulcius ipſis fuit, bene de repub.mereri, quam ſtudere ſuo cõmodo: ac nefas putarunt, eſſe ſummum, ſi non ſuam ſalutem poſteriorẽ ſaluti communi ducerent. Exemplo ſunt Brutus, Genitius Cippus prætor, Ælius prætor, & alii: de quib. Valer.lib.5.c.6.& 8. Cicero qui paſſim, quanti patriam faciat, indicat. Ipſa quoque plebs Rom. aliquoties ad ſubleuandam publicam penuriam facultates ſuas cõferens: & innocẽtia in magiſtratu à plurimis declarata. Fuit præterea in Romanis eximium ſtudium iuſtitiæ, & quę ei cognata eſt fidei, quam æque domi in iudiciis & vita priuata, atq; in caſtris inuiolatam cuſtodiebãt. Documento ſunt Camillus, Faliſcis obſeſſis, proditorẽ curans in vrbem adduci: Fabricius ad Pyrrhum remittens medicũ, qui operam ſuam in eo tollendo obtulerat: Regulus reuertens Carthaginem ad exquiſita ſupplicia, vt fidem liberet: Senatus Hannibale cũ qui iuramentũ eludebat, reddens & ceremoniæ ſolennes inde nunciãdis bellis obſeruatæ. Plura iuſtitiæ & fidei exẽpla vide apud Valeriũ lib.6.c.5. & 6. Et quod narrat lib, 8.c.2. quendam qui diutius equo cõmodato accepto, quam conuenerat, fuerat vſus, furti fuiſſe condemnatum ex hoc iuſtitię ſtudio promanarunt etiam ſtrictiſſima in caſtris & domi vſurpata ſeueritas, de qua plurimæ extant hiſtorię gratitudo erga bene meritos declarata ſingulari ſtudio & præmiis, maxima erga leges & magiſtratus reuerentia, cui quantum tribuerint, videre eſt in hiſtoria P. Seruilii apud Valerium lib. 8. c.5. vbi dicitur, eum qui vereri principes neſciret, in quodlibet facinus procurſurum crediderunt, item in hiſtoria Fabii, qui conſul patrem ad ſe acceſſurum de equo iuſſit deſcẽdere. Quod itẽ ſcribitur ſub M. Scauro, quum aliquando caſtra mouiſſet in ipſo caſtrorũ aggere inuenta fuiſſe arbor, optimis fructibus onuſta, quę à militi-

militibus intacta manserat. In primis vero conspicua sunt plurima exempla abstinentiæ: αὐταρκείας paruo contentæ, & eleganter ferentis paupertatem, frugalitatis & sobrietatis, quæ in multis clarissimis viris apud Romanos antiquos deprehenduntur. Eo enim animo in repub. & in vita priuata versabantur: vt viro indignum haberetur, ad cupiditatem opum se demittere, nec toto animo de honesta potius laude & ornamentis animi quibus illa comparatur, cogitare. Legant studiosi, vt hoc aliquo modo videant, quę sunt apud Ciceronem in 6. Verr. Pag. 212. de Pisone, & Pag. 228. de Marcello Syracusas occupante apud Plinium lib. 37. c. 7. cum de aliis, tum de L. Mummio; de quo ita dicit Mummius deuicta Achaia repleuit vrbem signis, ipse excessit, non relicturus filiæ dotem. De Paulo Æmylio Plutarchus in vita narrat, quod quum propraetore in Hispania CCL. oppida cæpisset, ipse Romā ne teruntium quidem auctus redieret: captas etiam in victoria Persei opes non aspicere quidem sit dignatus. Cato Senior quum 400. vrbes in Hispania cepisset: negauit ad se ex præda quidquā, præter esculenta & potulenta, rediisse; neque se solum, sed & comites suos, ne acciperent, assuefecisse, auctor Plutarchus in vita. Apud eundem Plutarchum in Æmilio & Valerium lib. 4 cap. 4. leguntur in familia Ælia XVI. fratres (inter quos fuit Q. ille Tubero cognomento Cætus Æmilii gener, vir præstantissimus, de cuius abstinentia vide Plinium lib. 33. c. 11) omnes vxorati cum numerosa sobole in angusto domo cohabitasse, & victū habuisse ex agello satis tenui. Et notissima sunt exempla Fabricii, Curii, M. Scauri senioris; qui omnes in sorte quantumuis tenui acquiescentes, & in virtutis decus, quam opum aggestionem conuersi, se à corruptelis munerum & ab auaritiæ sordibus, atque stulta opum admiratione, integerrimos præstiterunt. Vniuersus quoque populus Rom. aliquoties etiam in rerum statu ancipiti dona & commeatus oblatos accipe-

accipere noluit. Hæc integritas quanto bono fuerit Reipub. hac voce testatus est C. Pontius Saninis, quum dixit: vtinam fortuna me ad ea tempora seruasset, quum Romani dona accipere cepissent: non passus essem eos diutius regnare. De frugalitate vero & sobrietate, etsi ex eorundem, quos modo nominaui, historia testimonia luculenta sumuntur: tamen indicium quoque habet lex, qua simpliciter interdictum fuit vsu vini muliebri sexui; & quod Plinius libr. 33. cap. 11. dicit, Inuenimus legatos Carthaginensium dixisse, nullos hominum inter se benignius viuere, quam Romanos: eodem enim argento apud omnes cœnitauisse ipsos: & quod anno iam 664. Censores edixisse reperiuntur, ne quis venderet vnguenta aut vina exotica. Persuasum enim tam Romanis veteribus, quam multis magnis viris apud alias quoque gentes fuit paupertatem & rerum apparatum tenuem nec per se esse quiddam inhonestum, in quo aliquid turpitudinis consisteret: nec officere partæ gloriæ: sed potius maiori honori esse, quando tum quoque, quum occasiones ditescendi non desunt: retinetur tamen & illustrata virtutis gloria diuitiarum splendori anteponitur, & sic toleratur, vt manifeste appareat, eum qui ita viuit, non in plus habendo, sed in promouendo bono publico curas suas atque animum habere defixum; opum vero certamen auaris tamquam maribus & aliis furacibus atque sordidis animalculis, in quibus nihil sit virile, nihil excelsum, nihil ad verum hominis decus directum, relinquere. Vide in Valer. lib. 4. cap. 4. Neque etiam piguit eos laboris, & quidem operis etiam rusticis clarissimos viros incubuisse legimus, vt Plinius quodam in loco non dubitet causam fortilitatis, quæ olim abunde agro Rom. protulerit, in cultores tam claros conferre: non aliter ac si terra ipsa lætaretur, se tam honestis honoratorum virorum manibus coli. Huc pertinent exempla Cincinati. M. Curii, Calatini, Catonis Maioris, & similium. De Romano-

rum

rum admiranda fortitudine & animositate omnium periculorum & mortis contemptrice, cuius specimen toties ediderunt in præliis, & quam in rebus quoque afflictissimis tamen non abiecerunt, singulorum fere annorum historiæ aliquid continent. Sed hoc pulcerrimum est, quod ea ipsa comitem habuit insignem quandam humanitatem. Vt enim hostes experti sunt, quid in armis possent, si lacessiti essent: ita humanitate, clementia, mansuetudine, quas coniunxerunt, ostenderunt se non esse barbaros, ferarum aut belluarum similes: & tantum cædes & vastationes quærere: sed dimicare de restituenda, tuenda & propaganda iustitia, honestis legum & iustæ pacis beneficiis. Nec obscurum est hac ratione plurimum incrementi rebus ipsorum accessisse. Quod enim de Atheniensibus Æmilius Probus inquit in Alcibiade, eos non minus multas vrbes consilio ad amicitiam adiunxisse, quod in captos vsi fuerant clementia: de antiquis quoque Romanis verissime dici potest, de quibus Cicero in Orat. 1. contra Rullum: Maioribus nostris (inquit) quid fuit clementius, qui etiam externis hostibus victis, sua sæpissime reddiderunt? exempla egregia suppeditant Marcellus, Scipiones, Flaminius, Pompeius, & plures: de quibus Valerius lib. 5. cap. 1. Quanta denique grauitas fuerit in priscis Romanis: argumento sunt, quod non licuit genero lauare cum socero, nec filio cum patre, quod L. Fuluius quum tempore secundi belli punici corona rosacea capiti imposita prospectasset in forum, in carcerem deductus est, & ibi vsque ad finem belli detentus. Item quod in Publicis negotiis ne bibere quidem licuit; & quam maiestatem præ se tulerit senatorii ordinis consessus: testatur illa vox Cyniæ, quando dixit ad dominum; Se conspecto senatu Romano, multorum veluti regum consessum vidisse. Nec parum exstimulauit animos ad æmulationem in actionibus laudabilibus cupiditas gloriæ, & iusta collatio eorum

præmiorum, quibus honor aliquis virtuti ex merito habebatur, ita vt possent ii, qui se strenuos gesserant, discerni ab aliis, & frui aliqua suorum laborum mercede. Non enim licebat vlli sibi sumere quidquam de honore, nisi publice esset collatum. Dabantur coronæ variæ, torques, armillæ, & alia ornamenta: permittebatur annulorum gestatio, decernebantur supplicationes orationes, & qui summus bonorum gradus erat, triumphus: ponebantur statuæ & columnæ, suspendebantur in templis monumenta, indebantur à rebus gestis cognomina, euehebantur viri virtute conspicui ad altiores munerum publicorum gradus, interdum publicis sumptibus efferebantur, & si facultates tenues, essent liberorum ex ærario publico habebatur ratio. In honorem etiam defunctorum habebantur orationes funebres & alia præconia, sicut è regione ignominia notabantur, qui aliquid indignum aut nimis timide cõmiserant, nec facile vllum λύτρον pro captiuis dabatur, quod turpe habebatur, non potius occumbere, quam manus supplices hosti porrigere: & quod verebantur, ne talis redemtio induceret militi ignauiam. De his ergo moribus, quorum custos fuit constituta censorum potestas, toties meminit Cicero, quum de maioribus loquitur: & in versu Ennii dictum est.

Moribus antiquis res stat Romana, virisque.

Quanquam etiam in illo feliciori statu (vt nihil ex omni parte beatum) non raro res turbauit, diuellendo coniunctionem ordinum, magistratus tribunitius eo quidem consilio delectus, vt quasi frenum iniiceret patribus, si quid ausuri essent præter commodum publicũ. Sed qui licentiam coercere debebat, crebro nimium licentiæ sumendo Rempub. in grauissimũ discrimen coniecit. Sed tamen discussæ sunt istæ tẽpestates facilius, dũ apud plures locus fuit aliquis illis, quas recensui virtutibus. Simul autem atque inualescentib. omnibus vitiis, virtutes ceperunt conuerti in rerum propriarum, neglecta cura propriæ, procurationem, iniusti-

iustitiam, perfidiam, laxationem disciplinæ, legum & magistratuum contemptum, & contumaciā, auaritiā, insaniam luxuriæ & voluptatum omnia vndecunque cōquerentē, ignauiam, & mollitiē, aut rerum certo vanissimacum studia, & erga socios iniurias & fastū, variamq; vitæ leuitatē, & sublatā præmiorū iusta distributione, quilibet pro libidine quę voluit vsurpauit, aut certe pecunia, qua omnia venalia prostabant, redemit; & cum altero non tam honestate, quā ostentatione opum, luxuria & aliis vitiis certandum sibi statuit: ibi, vt fit, quæ magno labore maiorum constituta fuerant, cœperunt ruere, & prono quasi alueo properare ad interitum. Quod quidem cœpit statim post victorias Asiaticas, quum iam in bella ciuilia prorumperet ambitio, quorum diuturna fuit & misera lanienа, donec ab Augusto res aliquo modo componeretur ad aliquam quietem, quæ tamen non fuit diuturna, vt docent historiæ, & toties cōqueruntur scriptores plurimi. Quoties enim Cicero de sua ætate conqueritur & exclamat, O tempora ô mores? Quoties in Verrinis, in Philippicis, & aliis orationibus & epistolis sui seculi pestes accusat? Quoties Plinius in peruersitatem succedentium temporum inuehitur, apud quem lib. 24. c. 1. legimus, ita est profecto, magnitudo populi Romani perdidit ritus, vincendo victi sumus, paremus externis. Et lib. 33. c. 11. Asia primum deuicta, luxuriam misit in Italiam. Item; Eadem scilicet Asia domata, multo grauius afflixit mores. Et c. 10. Videret hæc Fabricius. Fabricius, inquam, qui bellicosus Imperator plus quam Scyphum & Salinum ex argento habere videbat, videret hinc dona fortium fieri, aut in hæc frangi huiusmodi mores. Fabricii nos pudet. Et quid fuit voce illa indignius, qua Iugurta ex vrbe profugiens prodidit, quales ibi inuenisset ciues, dum exclamauit, O vrbem venalem & cito perituram, si modo emptorē inuenerit. Sed & hæc quorum obseruatio in lectione Romanæ historiæ perutilis est, paucis attigisse satis sit.

IOAN-



CL. V.

IOANNIS ROSÆ PROFESSORIS olim Historiarum & Eloquentiæ in Academia Ienensi,

EPITOME HISTORIÆ ROMANÆ, SIVE NARRATIO PRÆCIPVORVM euentuum in Repub. Romana, ab VRBE CONDITA vsque ad Monarchiam AVGVSTI.

PRÆFATIO.



NGRESSVRVS in historicam narrationem de euentibus, qui maxime insignes Romæ ab vrbe condita vsque ad tempora AVGVSTI acciderunt: poteram præmittere quædam de meo consilio: cur præcipue has narrationes proponendas iuuentuti susceperim: poteram item commendare Historiarum lectionem: poteram denique in disputatio-

tationē de causis, quæ afferunt mutationes imperiis, & de Monarchiis descendere. Sed quū propositum mihi sit, succincta breuitate cūcta perstringere, omittam hoc loco talia Prolegomena: quę vt hic non vsq; adeo necessaria sunt: ita auditoribus opinor non esse incognita. Rationes certe mei consilij neminem latere existimo: commendatio vero historiarum, non minus quam disputatio de fatalibus imperiorum ruinis & de Monarchiis eruditissime ab aliis est proposita. Ad rē igitur ipsam accedamus. Primum autem hic necessaria nobis erit Synopsis quædam totius Italiæ. Nam vt cæteris historiis lucem affert Topographia: ita narrationes de rebus in Italia gestis necessario requirunt eius regionis & populorum qui tunc eam incoluerunt, aliquam notitiam. Neq; vero accuratissimam descriptionem nunc proponemus quam studiosi ex Strabonis libro quinto & sexto, Polybij libro secundo Plinij libro tertio, & Ptolomæi tabulis Cosmographicis petere possunt: sed solummodo ἐν πλάτει situm præcipuorum locorum, & nomina populorū, quos olim cōplexa fuit Italia, indicabimus: vt sequentiū narrationum contextus fiat planior: ne locorum ignorantia obscuratus, auditoribus & tędium afferat & pręcipuos fructus tollat. Sit igitur hæc crassa descriptio.

ITALIÆ

ITALIÆ DESCRIPTIO.



TALIÆ figura ex tabulis optime perspicitur. Habet hæc regio versus Septentrionem Alpes; quibus partim à Gallia, partim à Germania discernitur: versus Orientẽ terminatur mari Adriatico; quod olim dicebatur Mare Superum: nunc ab vrbe Veneta Mare Venetum nominatur; & qua parte vergit versus Meridiem, vocatur mare Ionicum: Meridiem versus habet Italia Siciliam; à qua freto Siculo seu Rhegino dirimitur. Vltra Siciliã postea est Africa: in cuius extremitate, quæ respicit Siciliã & Italiã sita fuit Carthago, Phœnicũ colonia, & vrbs potentissima: etiam tunc quum reges ex vrbe Romana eijcerentur: vt patet ex Polybij libro primo: vbi recitatur formula fœderis percussi inter Carthaginenses & Romanos, illo anno, quo Reges vrbe sunt eiecti. Inter Siciliã autem & Africam est mare Africum. Cæterum ad Occidentem alluitur Italia Mari Tyrrheno, seu (vt olim nominabatur) Mari Infero: Suntq; in eo sitæ insulæ, præ cæteris nobiles, Sardinia & Corsica. Qua parte porro Mare Tyrrhenum vergit versus Alpes & Galliam: vocatur mare Ligusticum: quia ibi alluit Liguriam, de qua postea dicetur. Gallia versus occidentem est contermina Hispaniæ, à qua Pyrenæis montibus separatur quidem: sed per mediã Italiæ longitudinem, inde vsque à finibus Alpium, vbi in Mare Ligusticum excurrunt, Mons Apenninus, velluti spina quædam dorsalis, vsque ad Fretum Siculum extenditur. Situs Italiæ

POPVLI ITALIÆ

Hetruſci, qui & Tuſci.

INcoluerunt Italiam varij populi: ex quibus antiquis temporibus celebres maximè fuerunt Hetruſci, Lydorum coloni: qui & Tyrrheni ac Tuſci dicuntur. Hi antequam Romanum regnum vires acquireret, longe lateque in Italia dominati ſunt: Ita vt non tantum tenerent tractum illum cis Apenninum; in quo poſtea Gallis vrgentibus conſederunt; ſed etiam haberent ſub ſua poteſtate, vltra Apenninum, regionem illam vberrimam, quæ eſt ſubiecta Alpibus: & quam pulſis Hetruſcis partim Galli, partim Veneti occuparunt. Ac teſtis eſt Strabo, quod Romani ab Hetruſcis multas ceremonias, & multos ſacros ritus, multa etiam magiſtratuum inſignia acceperint: eo nimirum tempore, quo L. Tarquinius Priſcus, qui natione erat Hetruſcus, clauum regni Romani tenebat.

Hetruria, quæ & Tuſcia, & Tyrrhenia.

Regio igitur illa ſpecioſa admodum & amœna, quæ Alpibus ſubiecta eſt, & vltra montem Apenninum, ac Mare Adriaticum extenditur eiectis inde Hetruſcis, ceſſit magna ex parte Gallis: licet partem aliquam mari Adriatico vicinam Veneti retinuerunt: & vocata eſt Gallia Ciſalpina: ad differentiam nimirum Tranſalpinæ Galliæ: quæ vltra Alpes ſita, etiam hodie Gallia nominatur. Eſtque Gallia Ciſalpina eadem, quæ & Gallia Togata, & Gallia Tonſa appellatur. Togata quidem, quod incolæ habitum togarum Hetruſcis & Romanis familiarem imitabantur: Tonſa vero, quod incolæ non alebant comas, more Tranſalpinorum Gallorum. Ac quia totum illum tractum diuidit

Gallia Ciſalpina.
Gallia trāſalpina.

uidit

uidit Padus fluuius in duas partes: hinc factum est, vt pars illa, quæ est vltra Padum Transpadana: quæ vero cis Padum sita est, Cispadana diceretur. Fuerunt autem isti Cisalpini Galli rursus distincti in Boios, Insubers, Senones, Galatas, Ananes, Eganes, Cenomanes, & alios, qui postea omnes à Romanis funditus deleti sunt: relictis solis Insubribus: quorum metropolis Mediolanum etiam hodierno die floret.

Transpadana. Cispadana Boij Insubres. Senones. Galatæ. Ananes. Eganes. Cenomani

REGIONES ITALIÆ.

PRæter Galliam Cisalpinam reliqua Italia oblonga est & angusta: eamque Mons Apenninus perpetuis iugis (vt antea dictum est) versus meridiem per longitudinem vsque ad Fretum Siculum protensus; in duo quasi latera diuidit: quorum alterum Orientem spectans Adriatico: alterum ad Occidentem respiciens, Ligustico, Tirrhenoque Mari stringitur. Vt igitur à Septentrione versus meridiem procedendo, ordine perlustremus primum ea loca & populos, qui latus Mari Ligustico & Tyrrheno vicinum tenuerunt: transgressis Apenninum ea parte, qua Galliam Cisalpinam terminat, & ad fines Alpium deflectit, offert se mox Liguria; cuius Metropolis hodie est Genua: vnde Genuensis regio nostro tempore nominatur. Olim nihil admodum descriptione dignum habuit: siquidem incolæ fere vicatim vitam egerunt: arantes terram (vt Strabo annotat) asperrimam: imo (vt Posidonius scribit) Saxa quoque incidentes. Post Liguriam est Tuscia siue Hetruria: quæ à Tyrrheno Herculis nepote Tyrrhenia Græcis scriptoribus dicitur: Si-

Liguria. Genua.

Tuscia. Tyrrhenia

quidem eius ductu & auspiciis colonia Lydorum in illis locis consedit: et hodie ibi est tractus Florentinorū. Limes Hetruriæ versus meridiem est Tiberis fluuius, quo à Latio dirimitur. Versus Apenninum contermini fuerunt Hetruscis Vmbri: quorum regio etiam vltra Apenninum vsque ad Mare Adriaticum olim extendebatur. Hi ante Tyrrheni aduentum Hetruriam tenuerunt. Sed inde à Lydis eiecti, manserunt in vicinia. Et scribit Plinius, quod Vmbrorum gens antiquissima existimetur in Italia: & quod Vmbri dicti sint quasi ὄμβριοι Græco nomine quia in inūdatione terrarum, imbribus superfuissent. Hodie regio Vmbrorum vocatur Ducatus Spoletanus. Post Tusciam Latium est: olim antequam Roma conderetur, in varios populos, Æquos, Volscos, Hernicos, Rutulos, Oscos, Ausonios, Priuernates, Hometios, Aborigines & alios distinctum: qui cuncti in potestatem Romanorum redacti, Latino nomini cesserunt, & Latini nominati sunt. Dictum autem esse Latium à latendo, quod Saturnus ibi Iouem fugiens latuerit, testatur Ouidius lib. 1. Fastor.

Vmbri.

Latium.

Dicta quoque est Latium terra latente Deo.

Et Virgilius lib. Æneid. 8. Latiumq; vocari
Maluit his quoniam latuisset tutus in oris.

Estque hæc regio vrbe Romana præ cæteris nobilis. Latinis versus Apenninum (neque enim vsque ad Apenninum Latium dilatatur) contermini sunt Sabini & Marsi: quibus olim admisti fuerunt Æquicoli & Vestini. Numerantur autem Sabini etiam inter antiquissimos Italiæ populos: angustum incoluerunt

Sabini.
Marsi.
Æquicoli.
Vestini.

agrum: & habuerunt paucas vrbes, easque tenues: ex quibus nobilißimum est Cures oppidum, è quo Romani exorti sunt T. Tatius & Numa Pompilius, de quibus suo loco dicetur. Estque hæc gens prima, cum qua Romani vixdum vrbe condita certarunt. Marsos à Marso Circes filio nominatos esse, auctor est Plinius libro 7. cap. 2. vbi scribit, Marsis naturalem quandam vim inesse contra serpentum ictus: qualis, olim fuerit in Psyllis & Nesamonibus, Africæ populi: qui etiam saliua serpentum morsibus medebantur: & odore corporis serpentes enecabant. Vltra Latium, Siciliam versus, est felix illa regio Campania, temulenta, (vt ait Plinius lib. 4. c. 5) nobili vitium succo, per omnes terras inclyta: atque, vt veteres dixere summum Liberi patris cum Cerere certamen: hæc à singulari camporum amœnitate & fertilitate nomẽ haud dubio accepit: Metropolis eius fuit olim, teste Strabone & Pausania, Capua abundans omnis generis illecebris: in qua quum Hannibal anno tertio Secundi belli Punici hyberna egisset: affluente voluptatum copia, ita fracti sunt animi militum: vt Hanibal dixerit, sibi metuendum esse, ne hosti prædæ fierent: viros enim se Capuam adduxisse, recipere fœminas. Hodie Campania dicitur Regnum Neapolitanum: ab vrbe præcipua Neapoli, quæ nostro tempore maxime floret. Campaniam versus Apenninum accoluit Samnitum gens bellicosißima & fortißima: quæ multum negotij Romanis fecit: versus Meridiem vero, Picentini: vterque autem populus à Sabinis originem duxit. Post Picentinos tra-

Cures. Campania Capua. Regnum Neapolitanum. Samnites. Picentini.

ctus est Italiæ vltimus: qui olim fuit appellatus Magna Græcia: cuius appellationis variæ rationes ab auctoribus afferuntur. Festus putat dictam esse Magnam Græciam quod multæ magnæque in ea ciuitates fuerint à Græcis conditæ. Sunt qui Magnam Græciam ita nominatam velint in genere totam Italiam: quod & Ouidius in Fastis annuere videtur his verbis.

Magna Græcia.

Itala tunc tellus Græcia Maior erat.

Peculiariter autem postea sibi nomen hoc vindicasse putant illum tractum Italiæ, quem Græci tenuerunt. Athenæus lib. XII. significat, quod Magna Græcia dicta fuerit propter amœnitatem & delicias totius illius plagæ, & hominum multitudinem. Fuit enim longe fertilior, & amœnior; quam vera Græcia: quæ causa inuitauit Græcos: vt non contenti ditione, quā habebant in Sicilia, eam quoque terram occuparent. Nec multum ab Athenæi sententia abest Plinius: qui Italiam laudans lib. 3. c. 5. Ipsi de ea (inquit) iudicauere Græci, genus in gloriam suam effusissimum, quotam partem ex ea appellando Magnam Græciam. Extendit autem se Magna Græcia etiam vltra Apenninum, vsque ad Mare Superum. Vrbes in eo tractu, qui disciplina Pythagoræ nobilior est, clarissimæ fuerunt Tarentum, patria Ennij Poëtæ, item Architæ Pythagorici Philosophi: qui diu ciuitatis illius fuit Princeps. Ac fuerunt Tarentini antiquis temporibus, quum adhuc locum ibi haberet Philosophia Pythagorica, valde potentes terra marique; tādem vero luxu perditi, externos Imperatores in bellis coacti fuerunt accersere: quorum tamen auxiliis, quod nimirum ob-

Tarẽtum.

temperare ipsis recusabant, parum profecerunt. Item vrbs Croton, in qua non tantum scholam habuit, sed etiam recte viuendi leges præscripsit Pythagoras. Extat huius vrbis luculenta descriptio apud Liuium lib. 4. Dec. 3. Item vrbs Sybaris, de cuius immodico luxu multa memorabilia refert Athenæus lib. 12. Item Metapontus, morte Pythagoræ celebris. In extremo autem angulo sita fuerũt vrbs Rhegiũ; à dehiscẽdi argumento (vt ait Plinius) nominata; siquidem Sicilia ibi Italiæ quondam cohærens, mox interfuso mari auulsa narratur: & Locrorum ciuitas, qui dicuntur Epi-Zephyrij: quorũ legislator fuit Zaleucus: portum habens venientibus ab Occasu ventis commodum. Tandem Magnam Græciam totam occuparunt Samnitum coloni: & eiectis inde Græcis nominarunt sese Lucanos: nomine inaudito antea in Italia. A Lucanis originem habent & Brutij, vicini Rheginis in latere, quod Occidentem spectat: nomine Brutiorum Lucani rebelles & fugitiuos vocant. Fuerunt enim Brutij Lucanorum serui, & pastores: & quum essent facti profugi, in illo angulo Rheginis vicino consederunt. Cæterum vt aliquando, relicta magna Græcia in illo latere Italiæ, quod Adriatico Mari stringitur, ad Alpes & Septentrionem regrediamur: habet Italia, vbi desinit in illo oriẽtali latere Magna Græcia, velut appẽdicẽ, quandã Peninsulam: quæ est Calabria, vrbe Brundusio insignis; cuius partes, quum Sinuum cauitate formam ceruinis cornibus similimam præ se ferãt: ait Strabo, vrbi nomẽ dedisse: quod linguâ Messapiorum Brundusium dicatur caput cerui. Postea

Croton. Sybaris. Metapontus. Lucani. Brutij. Calabria. Brundusii

procedenti versus Togatam Galliam offerunt se ordine primum Apulia, quæ Græcis Daunia dicitur; in ea fuerunt Cannæ, vicus Romanorum clade celebris. Inde sunt Ferentani, Marrucini, Peligni, Præcutij, Piceni, deinde Vmbrorum ditio, quæ se vltra Apenninũ, vt antea quoq; monuimus, vsq; ad Mare Adriaticum extendit: postremo est Venetorum regio Galliæ Cisalpinæ adhærens; in qua domina & regina maris vrbs Venetiarum est. Et hæc quidem de situ præcipuorum locorum Italiæ breuiter indicasse satis sit.

Apulia. Cannæ. Ferentani Marrucini. Peligni. Præcutij. Piceni. Vmbri. Veneti. Galli Cisalpini.

ITALIÆ NOMINA.

OBseruandum autem & hoc est, Italiam, cuius appellatio vetustißimis temporibus longe fuit angustior, & solummodo Latium, & tractus quosdã Latio & Freto Siculo vicinos complexa est crebro nomen mutasse: & modo dictam esse à Saturno Saturniam: modo ab Ogyge rege Ogygiam: modo Ausoniam ab rege Ausone: modo Hesperiam, siue ab rege Hespero, Atlantis fratre, siue (vt Macrobius lib. 1. Saturnal. c. 2. auctor est) quod occasui subiecta sit: modo Oenotriam, ab Oenotro Arcade, vt Pausanias in Arcadicis vult: vel, vt Varro putat, ab Oenotrio Sabinorũ rege; qui coloniã in illa loca duxit. Italiæ vero appellationem Aristoteles & Thucydides à rege Italo deducunt; quibus & Virgilius astipulatur.

Saturnia. Ogygia. Ausonia. Hesperia.

Est locus Hesperiam Graij cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque vbere glebæ:
Oenotrij coluere viri: nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.

Verba Aristotelis exstant in lib. 7. Politicorũ cap. decimo: aiunt (inquit) historiæ & antiquitatis periti, qui

qui illa loca incolunt: Italum quendam regem Oenotriæ fuisse: à quo mutato nomine, Oenotri qui dicebãtur, Itali appellati sunt. Hunc.n. Italum affirmãt Oenotris agriculturam mõstrasse, & eos passim in agris vagantes consociasse legibus. Thucydites autem libro 6. de Italia loquens sic scribit: Regio illa ab Italo quodam Rege Arcadico Italia est nominata. Sed finem faciamus aliquando descriptioni Italiæ, & nos ad historias conferamus: quas tamen non repetemus ab vltima antiquitate: in qua non minor est rerum gestarum obscuritas, quam fuit rudium & impolitorum populorum crebra permutatio: sed à Troiano principe Ænea: à quo Romanum regnum originem ducit, faciemus initium: & Catalogum Regum, qui Æneæ vsque ad Romuli tempus successerunt, sicut à Dionisio Halicarnassæo numerantur, subijciemus.

INITIVM HISORIARVM ROmanarum Reges Latini.

CApta igitur Troia, Æneas & Antenor, soli ex omnib. Troianis principib. incolumes euaserunt: siue quod ferro sibi viã fecerãt: siue quod vetusti iure hospitij, & quia pacis reddendæque Helenæ semper auctores fuerant, veniam à Græcis erant consecuti. Et Antenor quidẽ agrũ sinui Adriatico vicinũ occupãs, Patauiũ ibi cõdidit: Æneas autem post varios errores tandẽ in Latiũ delatus, affinitatẽ iunxit cũ Latino Rege Latij: cuius filiã Lauiniã vxorẽ duxit: atque in eius honorem condididit vrbem Lauiniũ. Ambierat autẽ ante Æneæ aduentum nuptias Lauiniæ Turnus quidã Amatæ, vxoris Latini, consobrinus: is ægre ferens, quod Latinus cũ exter-

Antenor Patauij cõditor.

Æneas cõditor Lauinij.

Æneis virgiliana.

Turnus Æneæ hostis & riualis.

externo affinitatem contraxisset: & Amata quoque stimulis (siquidem ea Turno semper fuerat æquior) agitatus: auctor fuit, vt Rutuli à Latino deficerent, Horum dux ipse factus arma contra Latinum & Æneam mouit. Commisso igitur graui prælio, Latinus & Turnus in acie ceciderunt: Ænea victore superstite. Successit igitur Soccro in Regno Latino Æneas: & quanquam nouas turbas contra ipsum excitabat Mezentius, Hetruscorum Rex: ad quem plerique ex victis Rutulis confugerant: tamen eo quoque victo regnum Latinū retinuit, cui præfuit triennium. Æneæ extincto successit filius Ascanius, qui etiam Iulus est, ex Creusa susceptus. Hic cedens nouercæ vrbem Lauinium in ipsius honorem conditam: ipse nouā ciuitatē exstruxit: quā vocauit Longā Albā: quod & situs eius in longitudinē erat porrectus & dū iacerentur vrbis fundamēta, alba strofa cum triginta porcellis fuerat deprehēsa. Stetit hæc vrbs annos CCCCLXXX. vt patet ex Dionysio: tandem euersa est à Tullo Hostilio Romanorum Rege: ab hac etiā vrbe successores Ascanij, vsque ad Romulū Reges Albani nominantur. Regnauit autem Ascanius annos XXXVIII. & quanquā etiā ipsi hostis fuit Mezentius à quo aliquando fuit obsessus: tamen contra eum prospere dimicās, ex omnibus periculis euasit.

Rutulorū defectio.

Æneæ regnum in Latio.

Ascanius Iulus.

Longa Alba.

REGES ALBANI.

A*SCANIO successit Syluius posthumus, Æneæ ex Lauinia filius. Etsi.n. filium reliquerat Ascanius Iulū, tamen quū is propter ætatē ad imperiū capessēdū nō esset idoneus Syluius Posthumus, Lauiniæ*

filius regni administrationẽ subijt: à quo deinde non solum Latinorum reges descenderunt. Sed etiam omnes Albani Reges sunt SYLVII *cognominati: Syluius autem ipse appellatus fuit à Sylua; quia regnante Ascanio, Lauinia grauida, metuens, ne ob nouercale nomen aliquid mali ab eo acciperet, in Syluas ad regij pecoris quendam Magistrum, de cuius erga Latinum gratitudine plurimum sibi pollicebatur, sese recepit: ibique aliquamdiu latitans, puerum peperit & educauit: donec ab Ascanio, qui iam propter sinistras Latinorũ suspiciones periclitabatur, deprehẽsa, & ex saltu reducta est. Regnauit Syluius posthumus annis XXIX. Secundus Rex Albanus fuit* ÆNEAS SYLVIVS, *regnauit annis XXXI. Tertius* LATINVS *Syluius, annis L. Quartus* ALBA *Syluius, Æneæ Syluij filius, annis XXXIX. Quintus* CAPETVS *Syluius, hũc Ouidius lib. Metamorph. 14. & Eutropius Epitum: Liuius & Eusebius Atyn nominant: quem Anchises, sicut & duos præcedentes, Anchises apud Virgilium lib. 6. Aeneidos, in suo de Regibus Albanis vaticinio, omisit: Regnauit annis XXVI. Sextus* CAPYS *Syluius, à quo Capuæ nomen nonnulli deducunt: Regnauit annis XXIIX. Septimus* CALPETVS *Syluius, quem alij Capetum nominant; Regnauit annis XIII. Octauus* TIBERINVS *Syluius à quo Tiberis fluuius Albula ante dictus, nomen accepit: siue quod in eum incidens submersus sit: siue quod vt Dionysius auctor est, quum in prælio iuxta flumen commisso cecidisset, à profluente sit abreptus, anno regni VIII. Nonus* AGRIPPA *Syluius, Regnauit annis XL. Decimus,* AL-

2. Æneas Syluius
3. Latinus Syluius
4. Alba Syluius.
5. Capetus Syluius
6. Capys Syluius.
7. Calpetus
8. Tiberinus.
9. Agrippa Syluius.

LADIVS

10. Alladius qui & Remus & Aremulus Syluius

LADIVS Syluius, qui Liuio est Romulus Syluius: Supra modum impius, arrogauit sibi diuinitatem: &, vt Deus videretur, miris artibus fulgura & tonitrua conatus fuit exprimere: sed tandem impietatis pœnas persoluit: siquidem tota sua domo fulminibus ac tempestatibus oppressa, & lacu, prope quem collocata erat, exundante, miserabiliter est extinctus. Ac scribit Dionysius, suo quoque tempore lacum illum exstitisse: in quo quum aliquantulum resedisset, ruinæ & vestigia veterum ædificiorum apparuerint: Regnauit annis XIX.

11. Auentinus Syluius.

Vndecimus AVENTINVS Syluius: hic monti Auentino, in quo sepultus est, nomen imposuit; testibus Ouidio, Liuio, Eutropio, Sex. Pompeio, & aliis: Regnauit annis XXXVII.

12. Procas Syluuis.

Duodecimus PROCAS Syluius, quem Ouidius alicubi Palatinum, alicubi Procum nominat: Regnauit annis XXIII. Hic quum haberet duos filios, Numitorem maiorem natu, & Amulium Iuniorem. Numitori regnum, Amulio pecunias testamento legauit. Sed Amulius pulso fratre regnum per vim obtinuit, eique præfuit annis XLIV.

13. Amulius.

Decimus tertius AMVLIVS regno potitus, scelus sceleri addidit. Neque enim contentus fratris exilio, Sergestum quoque eius filium occidit: filiamq; Rheam curauit cooptari in collegium virginum Vestalium: vt hac ratione omnem occasionem suscipiendæ sobolis ei præcideret: & effugere posset cædem, quam ei à fratris familia imminere, oraculum prædixerat. Sed verissimum est, quod ait Pindarus: fatum nec igne, nec æneo muro arceri posse. Acciáit igitur anno, quo regnabat Amulius, XXVII. vt Rhea cōpressa

Rhea

enite-

oniteretur duos gemellos: qui licet iussu regis ad ripã Tyberis exponebantur; diuinitus tamen seruati sunt cuiusdam pastorũ beneficio. Is enim vagientes pueros domũ ad vxorem detulit: eosq; vt germanos educauit. Vxor ipsi erat admodum procax: & ob turpem quæstum ita nobilis, vt Lupa vulgo diceretur: vnde postea manauit illa narratio, quod à lupa fuerunt enutriti. Narrant tamẽ, quod pastor, quum ad eos accurreret, deprehenderit astantem Lupam: quæ teneris puerorũ osculis mammam inseruerit: quodq; ab hoc euentu alteri Romuli, alteri Romi seu Remi nomen fuerit impositum. Pueri quum adoleuissent, collecta pastorum & latronum manu exegerunt pœnam impietatis & iniustitiæ à Patruo Amulio: eoque interfecto regnum reddiderunt Auo suo Numitori: quod quãdiu retinuerit, vt incertum est: ita ad cognoscendum, non vsque adeo est necessarium. Viuo porro adhuc (vt videtur) Numitore, Romulus & Remus ad conditionem nouæ vrbis animum adiecerunt: cuius fundamenta posita esse X. KL. Maius, scribunt Plutarchus & Eutropius: Nominata est Roma à Romulo: cui frater augurijs montibus, regnum cessit.

Romulus. Remus. Locus in quo fuerũt educati. Germanus dictus fuit: ex quo fratres genuini vocantur Germani. Lupa vnde Lupanar. Ruma idest mamma à quo verbum irrumare. h. est lactare. Numitor. Roma cõdita.

REGES ROMANI.

PRimus itaque rex Romanus fuit Romulus, vrbis Romæ conditor. Hic vt vires acquireret, regnum nascens Romæ asylum aperuit: omnibus eo confugientib. impunitatẽ & promittens, & donans. Fœminas quoq; Sabinas spectaculis ludorũ, quos instituerat, allectas rapuit: qua ex re magnus tumultus, & ingẽs cũ

1. Romulus Rex Romanus.

Sabi-

Sabinis bellum exſtitit: Quod tamen ad extremum, quum prælium graue cõmitteretur, mulierum precib. eſt ſublatum. At Sabini quidem Romanis cõciliati in vrbem recepti ſunt: & eorum dux Titus Tatius ad regni ſocietatẽ eſt admiſſus, ſed ea non diu vſus eſt: nã anno quinto poſt fuit interfectus. Inſtituit etiam Romulus Senatũ, & lictores: cõdidit leges: ordinauit tribus: & multa alia fecit, quæ ad nouæ vrbis incolumitatem retinendam & augendam profutura videbãtur. Et ſi autem fuit ornatus celſa quadã animi magnitudine: cũ qua temperantiã & alias quoq; virtutes rege dignas coniunxit: multa etiã præclare geſſit: & partim domitis, partim repreſſis vicinis auxit regni Romani primitias: labe tamẽ iniuſtitiæ & φιλαρχίας non caruit: Fratrẽ certe Remum, qui tranſilierat nouæ vrbis vallos & ſepta, non malo fortaſſe animo, ſed quod ea ad propulſandas incurſiones nimis infirma diceret, paſſus eſt interfici. Quã vero iniuſtũ fuerit, vicinorũ coniuges & filias rapere: peſſimis etiam, & omnis generis ſcelerib. inquinatiſſimis nebulonib. quaſi portũ quendã ac perfugium offerre: quo ſe tuto reciperẽt, quis non intelligit? Tandẽ vero quũ regnaſſet an. XXXVII. & apud paludẽ quandã concionẽ haberet: fulmẽ & nimbi oborti eius conſpectum ſubito abſtulerũt. Hunc euentũ ita interpretati ſunt Romani: vt perſuaſum haberẽt, eũ in conciliũ deorũ immortaliũ iſta ratione fuiſſe tranſlatũ. Nec parũ cõfirmauit eorũ ſuperſtitionẽ Proculus Iulius: qui paucis dieb. lapſis publice profeſſus eſt, ſibi veniſſe obuiam Romu- & mandaſſe, vt nunciaret ciuibus: ſic in fatis

Bellum Sabinum.
T. Tatius.
Binorũ nominum apud Romanos origo à Sabinis teſte Eutropio.
Senatus à Romulo inſtitutus.
Romuli virtutes & vitia.
Remus occiſus.
Raptus Sabinarum.
Romuli mors ſiue ἀποθέωσις

esse, vt Roma fieret caput mundi: ac proinde rem militarem colerent: & ad posteritatem propagarent, nullas enim opes humanas ad resistendum armis Romanis pares fore. Romulo ad hunc modum è terris sublato, per integrum annum INTERREGNVM *fuit: Ita vt Senatores quinos dies imperarent.* POSTEA REX *creatus est* NVMA POMPILIVS: *vir sapientia, cognitione Philosophiæ, studio religionis, æquitatis, Iustitiæ, humanitatis, modestiæ, & aliarũ virtutum præstantissimus; quem his verbis depingit lib. 6. Æneid. vaticinans Anchises:* Interregnũ

11 Numa Põpilius.

Quis procul ille autem, ramis insignis oliuæ,
 Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta
Regis, Romanam primus qui legibus vrbem
 Fundabit, Curibus paruis & paupere terra
Missus in imperium magnum, &c.

Habitabat hic in paruo Sabinorum oppidulo Curibus: ex quo quum ad capessendum regnum Romanũ à Legatis Romam acciretur; vix persuaderi potuit, vt oblatam conditionem reciperet: quod ei vt homini sapienti non ignotæ erant gubernationis difficultates & molestiæ. Estq; memorabilis ratio, qua Plutarchus scribit, eũ in recusando vsum fuisse: ὡς πᾶσα μὲν (*inquit*) ἀνθρωπίνου βίου μεταβολὴ σφαλερὸν ᾧ δὲ μηδὲ ἄπεστί τι τῶν ἱκανῶν, μηδὲ μεμπτόν ἐστι τῶν παρόντων τοῦτον οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἄνοια μετακοσμεῖ καὶ μεθίστησιν ἐκ τῶν συνήθων: οἷς κἂν εἰ μηδὲν ἕτερον προσείη, τῷ βεβαιοτέρῳ διαφέρει τῶν ἀδήλων ἀπείρων. *hoc est. Quoniam omnis quidem humanæ conditionis in vita mutatio lubricum est quiddam; ideo hunc cui*

Seria Numę recusatio regni, nõ ἀκκισμός.

Hoc est regnum, nol le regnare, quum possis.
Quod scis esse velis; nihilq; malis.

Qui p'aci- de sortem ferre scit, ille sapit.

neque abest aliquid de rebus necessariis, neque adest de quo iure possit conqueri nihil aliud, quam stultitia, aliter collocat, & transponit ex consueti :quibus etiamsi nihil praeterea accedat: differt tamen firmiore conditione ab illis, quae sunt ignota, nec dum satis comperta.

Romulus Aquila: NumaCygnus.

Neque vero minus salutaris fuit vrbi, Numae, quã Romuli gubernatio. Nam quum moderatus esset, & pacis amantissimus : non tantum suo exemplo subditos, Romuli assiduis bellis efferatos, ad mitiorẽ vitam inuitauit :sed etiam hunc finem in omnibus consiliis & actionibus sibi proposuit : vt firmata pace ciues ad cultum deorum & legũ obseruantiam, & ad morum humanitatem assuefaceret.

Numae instituta.

Itaque cum vicinis pacem fecit : plurima tẽpla condidit : Pontifices, Flamines, Salios instituit: cultus Deorũ praescripsit: leges plures dedit: annũ more Graecorũ in 12. Menses Lunares distribuit: ac cumprimis agriculturam cõmendauit ciuib. quã Plutarchus venustissime pacis φίλτρον nominat, nihil n. amorem pacis tam accendit, quã Agriculturae studiũ.

Agriculturae studiũ.

Fuit igitur adeo tranquilla eius gubernatio: vt licet XLIII. annos regnũ tenuerit, nullũ tamen bellũ fuerit expertus. Obiit senex morte placidissima: permanente ei, quem inde vsq; à pueris habuerat, Genio, donec exspiraret, vt ait Dionysius.

Mors Numae.

Numae successit TVLLVS HOSTILIVS: cuius auus Hostilius Romuli tempore, strenuum se gesserat cõtra Sabinos. Hic Rex primus Romanorum vsus fertur purpura & fascibus: Quum q; esset ingenio militari: nõ modo Numae fuit dissimilimus :sed etiam Romulo ferocior. Bellum

Tullus Hostilius.

lum gessit cum Albanis: cuius semina fuerunt prædationes: quas Albani & Romani de finibus exercebant. Summa tamen rei Tergeminorum pugnæ, in qua Romani victoriam obtinuerunt, est commissa. Albanorum princeps fuit Metius Suffetius: qui ægre ferens, Romanos esse superiores, diu occasionem ab illis deficiendi quæsiuit: donec in bello contra Fidenates, ad cuius societatem Tullus eum adhibuerat, deprehensæ fuerunt ipsius insidiæ. Vt igitur animum ancipitem gesserat: ita corpus quoque eius Rex dignum censuit, quod in diuersas partes distraheretur: quare Metius alligatus duabus quadrigis in diuersum nitentibus discerptus est.

Curſatij Horatus Tergemini.

MetiusSuffetius.

Neque vero Rex contentus fuit hoc Metij supplicio: sed Albam insuper solo æquauit: ciuibus in vrbem Romanam traductis: Sabinos quoque bis vicit: Cælium montem vrbi adiecit: regiones auxit. Etsi autem diu fuit admodum impius: ita vt nihil minus regium duceret, quam sacris dedere animum: tamen aliquanto ante obitum morbo longinquo implicatus: ita redditus est religiosus: vt repente omnibus magnis paruisque superstitionibus sese daret: & vniuersam vrbem religionibus compleret: Ad extremum, quum regnasset ANNOS LII. *fulmine ictus & extinctus est.* POST-HVNC *Romani Regem crearunt* ANCVM MARTIVM, *Numæ ex filia nepotem: & cum togatis, tum bellicis virtutibus ornatum: arrogantem tamen & iactabundam. Hic Hetruscis plurimum fecit negotij: Latinis multa eripu-*

Alba diruta.

Cælius Mons.

IV. Ancus Martius.

it, ciuibus, Romam abductis : belli quoque indicendi ritum instituit: adiecit vrbi duos montes, Auētinum & Ianiculum: adiuicauit in foro Romano carcerem: mortuus anno regni XXIV. ANCO Martio

V. L. Tarquinius Priscus.

successit L. TARQVINIVS PRISCVS (Sic enim mutato nomine vocatus est, posteaquam Romam venit, quam antea Lucumo diceretur) cuius pater Demaratus Corintho in vrbem Hetruscorum Tarquinios migrauerat. Eo mortuo, filius auctus amplissimis diuitiis: & non tantùm crescendi studio, sed etiam superbissimæ coniugis (Tanaquil ei nomen erat) suasu adductus, Romam se contulit: vbi Græcis artibus capien-

Artes Grecæ.

do animos multitudinis tantum obtinuit: vt quanquam hæredes masculos Ancus reliquerat, ingenti tamen populi consensu regnum ipsi deferretur. Ad hunc auctorem refert Strabo pleraque Romanorum magistratuum insignia; & sacrorum faciendorum, & auguriorum non paucas ceremonias: item varietatem in Musica, & similia. Hic etiam quum Sabinos

Triūphus.

vicisset: primus triumphali pompa vrbem est ingressus: insidens aureo currui, qui à quatuor albis æquis trahebatur. Senatorum quoq; numerum duplicauit: vrbem muniuit muro lapideo: fecit cloacas: iecit fundamenta Capitolij. Quum autem regnasset annos XXXVII. trucidatus est in Regia à duobus pastoribus:

Mors Tarquinii.

quos subornarāt Anci filij: dolentes nimirū sibi nō tantum ante regiam dignitatem, iure hæreditario debitam, ereptam esse: sed etiam in aula regis non obscura agitari consilia: quo Rege hoc mortuo clauus Regni

Seruius Tullius.

Seruio Tullio, Regis genero, traderetur. Erat is à Regina


gina liberaliter educatus: quamuis mater captiua seruili conditione natus esset: & fauorem ei conciliauerat, cum prodigium ipsum (nam caput pueri dormientis aliquando visum est ardere) tum ingenij ad omnia, quæ tractanda susceperat, maxima alacritas: vnde factum est, vt Rex ipsi desponderet suam filiam. Sed irritum fuit filiorum Anci consilium. Quum enim Tarquinius percussus non subito exspirasset: Tanaquil, aliquandiu celata Regis morte, hac specie generum iuuit: Progressa ad populum iußit ciues esse bono animo: sopitum quidem fuisse Regem subito ictu: sed ferrum haud alte in corpus descendisse: iam ad se rediisse, absterso cruore: omnia esse salubria: confidere se ipsos propediem esse visuros: Interim Regem mãdare dixit: vt Seruij Tullij dicto audientes essent: eum iura redditurum, & obiturum alia regis officia. Itaq; hac specie capti ciues Seruio obtemperarunt: donec præsidio firmißimo munitus, inuito quidem populo, sed voluntate tamẽ patrum, regnum occupauit. Succeßit igitur Tarquinio SERVIVS TVLLIVS: is intelligens, id longe firmißimum imperium esse, quo obedientes gaudent; singularem moderationem & industriam in gubernatione adhibuit: & animos multitudinis ita sibi deuinxit: vt eum omnes non minus, quã si iure regnum adeptus esset, & colerent, & carum haberent. Distribuit populum Romanum in certas classes & centurias: instituit censum ante toto in orbe terrarum incognitum, Quirinalem, Viminalem, & Esquilinum montes vrbi adiecit: fossas circum mœnia duxit: pugnauit feliciter contra Hetruscos. Post-

Tanaquil Tarquin. vxor.

VI. Seruius Tullius.

Malus custos diuturnitatis metus.

Mons Quirinalis. Viminalis. Esquilinus.



quam autem regnasset annos XLIV. à genero Tarquinio Superbo, filio eius Regis, cui ipse successerat, scelerate, & non sine filia, quæ sceleratis nuptiis Tarquinio iuncta fuerat, instinctu pulsus regno atque interfectus est. Vltimus igitur Romanorum Rex fuit Tarquinius Superbus, qui regnum vi & scelere occupauit. Vt autem planior sit de hoc Rege narratio: multum prodest habere in conspectu Tarquiniorum familiam, quæ est huiusmodi.

Mons Seruii Tullii. VII. Tarquinius Superbus.

SEQVITVR GENEALOGIA *Tarquiniorum.*

DEMARA-

DEMARATVS CORINTHO AD HETRVSCOS migrauit in vrbem Tarquinios. Huius filij.

LVCVMO, qui postea L. TARQVINIVS PRISCVS est dictus. Huius (vt Dionysius habet) nepotes, siue vt plures historici tradunt, liberi fuerunt.

L. Tarquinius Superbus cogn. propter impietatem in socerum, vltimus Rex Rom. Vxor Tullia Maior Seruii R. Rom. F. & eâ sublatâ, Tullia Minor, Maioris germana, mulier superba & dominandi cupida. Ex hac suscepit tres filios.

Titum.

Aruntem.

Sextum natu minimum, qui stuprauit Lucretiam.

Aruns, homo optimus & mitis ingenii vir. Ab vxore Tullia Minore Seruii F. insidiose sublatus.

Tarquinia, mater L. Iunii Bruti primi Cos. Ro. cuius fratrem L. Tarquinius Superbus interfecerat. Huius filii.

Titus Tiberius, ob coniurationem ab ipso patre ad supplicium rapti.

ARVNS mortuus est viuo patre. Huius filii (siue, vt Dionysius habet, nepotes) fuerunt.

Egerius, quem Tarquinius Priscus prefecit vrbi Sabinorũ Collatię. Huius filius.

L. Tarquinius Collatinus, Lucretiæ maritus.

Sp. Lucretius Tricipitinus. Huius filia.

Lucretia, vxor Tarquinii Collatini.

10. Alladius qui & Remus & Aremulus Syluius

LADIVS Syluius, qui Liuio est Romulus Syluius: Supra modum impius, arrogauit sibi diuinitatem: &, vt Deus videretur, miris artibus fulgura & tonitrua conatus fuit exprimere: sed tandem impietatis pœnas persoluit: siquidem tota sua domo fulminibus ac tempestatibus oppressa, & lacu, prope quem collocata erat, exundante, miserabiliter est extinctus. Ac scribit Dionysius, suo quoque tempore lacum illum exstitisse: in quo quum aliquantulum resedisset, ruinæ & vestigia veterum ædificiorum apparuerint: Regnauit annis XIX.

11. Auentinus Syluius.

Vndecimus AVENTINVS Syluius: hic monti Auentino, in quo sepultus est, nomen imposuit, testibus Ouidio, Liuio, Eutropio, Sex. Pompeio, & aliis: Regnauit annis XXXVII.

12. Procas Syluius.

Duodecimus PROCAS Syluius, quem Ouidius alicubi Palatinum, alicubi Procum nominat: Regnauit annis XXIII. Hic quum haberet duos filios, Numitorem maiorem natu, & Amulium iuniorem. Numitori regnum, Amulio pecunias testamento legauit. Sed Amulius pulso fratre regnum per vim obtinuit, eique præfuit annis XLIV.

13. Amulius.

Decimus tertius AMVLIVS regno potitus, scelus sceleri addidit. Neque enim contentus fratris exilio, Sergestum quoque eius filium occidit: filiamq; Rheam curauit cooptari in collegium virginum Vestalium: vt hac ratione omnem occasionem suscipiendæ sobolis ei præcideret: & effugere posset cædem, quam ei à fratris familia imminere, oraculum prædixerat. Sed verissimum est, quod ait Pindarus: fatum nec igne, nec æneo muro arceri posse. Accidit igitur

Rhea.

anno, quo regnabat Amulius, XXVII. vt Rhea cõpressa enite-

eniteretur duos gemellos: qui licet iussu regis ad ripā Tyberis exponebantur; diuinitus tamen seruati sunt cuiusdam pastoru beneficio. Is enim vagientes pueros domū ad vxorem detulit: eosq; vt germanos educauit. Vxor ipsi erat admodum procax: & ob turpem quaestum ita nobilis, vt Lupa vulgo diceretur: vnde pōstea manauit illa narratio, quod à lupa fuerunt enutriti. Narrant tamē, quod pastor, quum ad eos accurreret, deprehenderit astantem Lupam: quae teneris puerorū osculis mammam inseruerit: quodq; ab hoc euentu alteri Romuli, alteri Romi seu Remi nomen fuerit impositum. Pueri quum adoleuissent, collecta pastorum & latronum manu exegerunt pœnam impietatis & iniustitiae à Patruo Amulio: eoque interfecto regnum reddiderunt Auo suo Numitori: quod quādiu retinuerit, vt incertum est: ita ad cognoscendum, non vsque adeo est necessarium. Viuo porro adhuc (vt videtur) Numitore, Romulus & Remus ad conditionem nouae vrbis animum adiecerunt: cuius fundamenta posita esse X. KL. Maius, scribunt Plutarchus & Eutropius. Nominata est Roma à Romulo: cui frater auguriis montibus, regnum cessit.

Romulus. Remus. Locus in quo fuerūt educati. Germanus dictus fuit: ex quo fratres genuini vocantur Germani. Lupa vnde Lupanar. Ruma id est mamma à quo verbum irrumare. h. est lactare. is. Numitor. Roma cōdita.

REGES ROMANI.

P*Rimus itaque rex Romanus fuit Romulus, vrbis Romae conditor. Hic vt vires acquireret, regnum nascens Romae asylum aperuit: omnibus eo confugientib. impunitatē & promittens, & donans. Fœminas quoq; Sabinas spectaculis ludorū, quos instituerat, allectas rapuit: qua ex re magnus tumultus, & ingēs cū Sabi-*

1. Romulus Rex Romanus.

Sabinis bellum exstitit: Quod tamen ad extremum, quum prælium graue cõmitteretur, mulierum precib. est sublatum. Ac Sabini quidem Romanis cõciliati in vrbem recepti sunt: & eorum dux Titus Tatius ad regni societatẽ est admissus, sed ea non diu vsus est: nã anno quinto post fuit interfectus. Instituit etiam Romulus Senatũ, & lictores: cõdidit leges: ordinauit tribus: & multa alia fecit, quæ ad nouæ vrbis incolumitatem retinendam & augendam profutura videbãtur. Et si autem fuit ornatus celsa quadã animi magnitudine: cũ qua temperantiã & alias quoq; virtutes rege dignas coniunxit: multa etiã præclare gessit: & partim domitis, partim repressis vicinis auxit regni Romani primitias: labe tamẽ iniustitiæ & φιλαρχίας non caruit: Fratrẽ certe Remum, qui transilierat nouæ vrbis vallos & septa, non malo fortasse animo, sed quod ea ad propulsandas incursiones nimis infirma diceret, passus est interfici. Quã vero iniustũ fuerit, vicinorũ coniuges & filias rapere: pessimis etiam, & omnis generis scelerib. inquinatissimis nebulonib. quasi portũ quendã ac perfugium offerre: quo se tuto reciperẽt, quis non intelligit? Tandẽ vero quũ regnasset an. XXXVII. & apud paludẽ quandã concionẽ haberet: fulmẽ & nimbi oborti eius conspectum subito abstulerũt. Hunc euentũ ita interpretati sunt Romani: vt persuasum haberẽt, eũ in conciliũ deorũ immortaliũ ista ratione fuisse translatũ. Nec parũ cõfirmauit eorũ superstitionẽ Proculus Iulius: qui paucis dieb. elapsis publice professus est, sibi venisse obuiam Romulum: & mandasse, vt nunciaret ciuibus: sic in fatis esse

Bellum Sabinum.
T. Tatius.
Binorũ nominum apud Romanos origo à Sabinis teste Eutropio.
Senatus à Romulo institutus.
Romuli virtutes & vitia.
Remus occisus.
Raptus Sabinarum.
Romuli mors siue ἀποθέωσις

esse, vt Roma fieret caput mundi: ac proinde rem militarem colerent: & ad posteritatem propagarent, nullas enim opes humanas ad resistendum armis Romanis pares fore. Romulo ad hunc modum è terris sublato, per integrum annum INTERREGNVM *fuit: Ita vt Senatores quinos dies imperarent.* POSTEA REX *creatus est* NVMA POMPILIVS: *vir sapientia, cognitione Philosophiæ, studio religionis, æquitatis, Iustitiæ, humanitatis, modestiæ, & aliarū virtutum præstantissimus; quem his verbis depingit lib. 6. Æneid. vaticinans Anchises.* Interregnū 11 Numa Pōpilius.

Quis procul ille autem, ramis insignis oliuæ;
    Sacra ferens? nosco crines, incanaque menta
Regis, Romanam primus qui legibus vrbem
    Fundabit, Curibus paruis & paupere terra
Missus in imperium magnum, &c.

Habitabat hic in paruo Sabinorum oppidulo Curibus: ex quo quum ad capessendum regnum Romanū à Legatis Romam acciretur; vix persuaderi potuit, vt oblatam conditionem reciperet: quod ei vt homini sapienti non ignotæ erant gubernationis difficultates & molestiæ. Estq; memorabilis ratio, qua Plutarchus scribit, eū in recusando vsum fuisse: ὡς πᾶσα μὲν (*inquit*) ἀνθρωπίνου βίου μεταβολὴ σφαλερὸν ᾧ δὲ μηδὲ ἄπεστί τι τῶν ἱκανῶν, μηδὲ μεμπτόν ἐστι τῶν παρόντων, τοῦτον οὐδὲν ἄλλο πλὴν ἄνοια μετακοσμεῖ καὶ μεθίστησιν ἐκ τῶν συνήθων: οἷς κἂν εἰ μηδὲν ἕτερον προσείη, τῷ βεβαιοτέρῳ διαφέρει τῶν ἀδήλων ἀπείρων. *hoc est. Quoniam omnis quidem humanæ conditionis in vita mutatio lubricum est quiddam; ideo hunc cui* Seria Numę recusatio regni, nō ἀκκισμός. Hoc est regnum, nolle regnare, quum possis. Quod scis esse velis; nihilq; malis.

 neque

Qui p'aci- de sortem ferre scit, ille sapit. *neque abest aliquid de rebus necessariis, neque adest de quo iure possit conqueri nihil aliud, quam stultitia, aliter collocat, & transponit ex consueti: quibus etiamsi nihil praeterea accedat: differt tamen firmiore conditione ab illis, quae sunt ignota, nec dum satis comperta.*

Romulus Aquila: NumaCygnus. *Neque vero minus salutaris fuit vrbi, Numae, quã Romuli gubernatio. Nam quum moderatus esset, & pacis amantissimus: non tantum suo exemplo subditos, Romuli assiduis bellis efferatos, ad mitiorẽ vitam inuitauit: sed etiam hunc finem in omnibus consiliis & actionibus sibi proposuit: vt firmata pace ciues ad cultum deorum & legũ obseruantiam, & ad morum*

Numae instituta. *humanitatem assuefaceret. Itaque cum vicinis pacem fecit: plurima tẽpla condidit: Pontifices, Flamines, Salios instituit: cultus Deorũ praescripsit: leges plures dedit: annũ more Graecorũ in 12. Menses Lunares distribuit: ac cumprimis agriculturam cõmendauit ciuib. quã Plutarchus venustissime pacis φίλτρον*

Agriculturae studiũ. *nominat, nihil n. amorem pacis tam accendit, quã Agriculturae studiũ. Fuit igitur adeo tranquilla eius gubernatio: vt licet XLIII. annos regnũ tenuerit, nullũ*

Mors Numae. *tamen bellũ fuerit expertus. Obiit senex morte placidissima: permanente ei, quem inde vsq; à pueris habuerat, Genio, donec exspiraret, vt ait Dionysius. Numae*

Tullus Hostilius. *successit TVLLVS HOSTILIVS: cuius auus Hostilius Romuli tempore, strenuum se gesserat cõtra Sabinos. Hic Rex primus Romanorum vsus fertur purpura & fascibus: Quum q; esset ingenio militari: nõ modo Numae fuit dissimilimus: sed etiam Romulo ferocior. Bel-*

lum

lum gessit cum Albanis: cuius semina fuerunt prædationes: quas Albani & Romani de finibus exercebant. Summa tamen rei Tergeminorum pugna, in qua Romani victoriam obtinuerunt, est commissa. Albanorum princeps fuit Metius Suffetius: qui ægre ferens, Romanos esse superiores, diu occasionem ab illis deficiendi quæsiuit: donec in bello contra Fidenates, ad cuius societatem Tullus eum adhibuerat, deprehensæ fuerunt ipsius insidiæ. Vt igitur animum ancipitem gesserat: ita corpus quoque eius Rex dignum censuit, quod in diuersas partes distraheretur: quare Metius alligatus duabus quadrigis in diuersum nitentibus discerptus est. Curfatij Horatus Tergemini. MetiusSuffetius.

Neque vero Rex contentus fuit hoc Metij supplicio: sed Albam insuper solo æquauit: ciuibus in vrbem Romanam traductis: Sabinos quoque bis vicit: Cælium montem vrbi adiecit: regiones auxit. Etsi autem diu fuit admodum impius: ita vt nihil minus regium duceret, quam sacris dedere animum: tamen aliquanto ante obitum morbo longinquo implicatus: ita redditus est religiosus: vt repente omnibus magnis paruisque superstitionibus sese daret: & vniuersam vrbem religionibus compleret: Ad extremum, quum regnasset ANNOS LII. *fulmine ictus & extinctus est.* POST HVNC *Romani Regem crearunt* ANCVM MARTIVM, *Numæ ex filia nepotem: & cum togatis, tum bellicis virtutibus ornatum: arrogantem tamen & iactabundam. Hic Hetruscis plurimum fecit negotij: Latinis multa eripu-* Alba diruta. Cælius Mons. IV. Ancus Martius.

it, ciuibus, Romam abductis: belli quoque indicendi ritum instituit: adiecit vrbi duos montes, Auētinum & Ianiculum: ædificauit in foro Romano carcerem: mortuus anno regni XXIV. ANCO Martio

V. L. Tarquinius Priscus.

successit L. TARQVINIVS PRISCVS (Sic enim mutato nomine vocatus est, posteaquam Romam venit, quum antea Lucumo diceretur) cuius pater Demaratus Corintho in vrbem Hetruscorum Tarquinios migrauerat. Eo mortuo, filius auctus amplissimis diuitiis: & non tantum crescendi studio, sed etiam superbissimæ coniugis (Tanaquil ei nomen erat) suasu adductus, Romam se contulit: vbi Græcis artibus capiendo animos multitudinis tantum obtinuit: vt quanquam hæredes masculos Ancus reliquerat, ingenti tamen populi consensu regnum ipsi deferretur. Ad hunc auctorem refert Strabo pleraque Romanorum magistratuum insignia; & sacrorum faciendorum, & auguriorum non paucas ceremonias: item varietatem in Musica, & similia. Hic etiam quum Sabinos vicisset: primus triumphali pompa vrbem est ingressus: insidens aureo currui, qui à quatuor albis æquis trahebatur. Senatorum quoq; numerum duplicauit: vrbem muniuit muro lapideo: fecit cloacas: iecit fundamenta Capitolij. Quum autem regnasset annos XXXVII. trucidatus est in Regia à duobus pastoribus: quos subornarāt Anci filij: dolentes nimirū sibi nō tantum ante regiam dignitatem, iure hæreditario debitam, ereptam esse: sed etiam in aula regis non obscura agitari consilia: quo Rege hoc mortuo clauus Regni Seruio Tullio, Regis genero, traderetur. Erat is à Regina

Artes Grecæ.

Triūphus.

Mors Tarquinii.

Seruius Tullius.


gina liberaliter educatus: quamuis mater captiua seruili conditione natus esset: & fauorem ei conciliauerat, cum prodigium ipsum (nam caput pueri dormientis aliquando visum est ardere) tum ingenij ad omnia, quæ tractanda susceperat, maxima alacritas: vnde factum est, vt Rex ipsi despenderet suam filiam. Sed irritum fuit filiorum Anci consilium. Quum enim Tarquinius percussus non subito exspirasset: Tanaquil, aliquandiu celata Regis morte, hac specie generum iuuit; Progressa ad populum iussit ciues esse bono animo: sopitum quidem fuisse Regem subito ictu: sed ferrum haud alte in corpus descendisse: iam ad se rediisse, absterso cruore: omnia esse salubria: confidere se ipsos propediem esse visuros: Interim Regem mãdare dixit: vt Seruij Tullij dicto audientes essent: eum iura redditurum, & obiturum alia regis officia. Itaq; hac specie capti ciues Seruio obtemperarunt: donec præsidio firmissimo munitus, inuito quidem populo, sed voluntate tamẽ patrum, regnum occupauit. Successit igitur Tarquinio SERVIVS TVLLIVS: is intelligens, id longe firmissimum imperium esse, quo obedientes gaudent; singularem moderationem & industriam in gubernatione adhibuit: & animos multitudinis ita sibi deuinxit: vt eum omnes non minus, quã si iure regnum adeptus esset, & colerent, & carum haberent. Distribuit populum Romanum in certas classes & centurias: instituit censum ante toto in orbe terrarum incognitum, Quirinalem, Viminalem, & Esquilinum montes vrbi adiecit: fossas circum mœnia duxit: pugnauit feliciter contra Hetruscos. Post-

Tanaquil Tarquin. vxor.

VI. Seruius Tullius.

Malus custos diuturnitatis metus.

Mons Quirinalis. Viminalis. Esquilinus.



quam autem regnasset annos XLIV. à genero Tarquinio Superbo, filio eius Regis, cui ipse successerat, scelerate, & non sine filia, quæ sceleratis nuptiis Tarquinio iuncta fuerat, instinctu pulsus regno atque interfectus est. Vltimus igitur Romanorum Rex fuit Tarquinius Superbus, qui regnum vi & scelere occupauit. Vt autem planior sit de hoc Rege narratio: multum prodest habere in conspectu Tarquiniorum familiam, quæ est huiusmodi.

Mons Seruii Tullii. VII. Tarquinius Superbus.

SEQVITVR GENEALOGIA *Tarquiniorum.*

DEMARA-

DEMARATVS CORINTHO AD HETRVSCOS *migrauit in vrbem Tarquinios. Huius filij.*

LVCVMO, qui postea L. TARQVINIVS PRISCVS est dictus Huius (vt Dionysius habet) nepotes, siue vt plures historici tradunt, liberi fuerunt.

- L. Tarquinius Superbus cogn. propter impietatem in socerum, vltimus Rex Rom. Vxor Tullia Maior Seruii R. Rom. F. & eâ sublatâ, Tullia Minor, Maioris germana, mulier superba & dominandi cupida. Ex hac suscepit tres filios.
  - Titum.
  - Aruntem.
  - Sextum natu minimum, qui stuprauit Lucretiam.
- Aruns, homo optimus & mitis ingenii vir. Ab vxore Tullia Minore Seruii F. insidiose sublatus.
- Tarquinia, mater L. Iunii Bruti primi Cos. Ro. cui9 fratrem L. Tarquinius Superbus interfecerat. Huius filii.
  - Titus Tiberius, ob coniurationem ab ipso patre ad supplicium rapti.

ARVNS mortuus est viuo patre. Huius filii (siue, vt Dionysius habet, nepotes) fuerunt.

- Egerius, quem Tarquinius Priscus præfecit vrbi Sabinorũ Collatiæ. Huius filius.
  - L. Tarquinius Collatinus, Lucretiæ maritus.
- Sp. Lucretius Tricipitinus. Huius filia.
  - Lucretia, vxor Tarquinii Collatini.

ITaque Tarquinius Superbus vt malis auspiciis regnum inuaserat: ita Remp. pro arbitrio rexit; quumque in caritate ciuium nihil spei repositum haberet: metu eos in officio retinere conatus est: quem vt pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercuit: primus Romæ excogitauit vincula, latomias, carceres duriores, compedes, catenas, exilia, aliaque suppliciorum genera. In bellis tamen non fuit dux contemnendus: quin arte militari æquasset superiores reges, nisi alia huic decori offecissent. Cepit militiâ Volscorum oppida, & Gabios, vrbem in Latio validam, dolo in suam potestatem redegit. Tandem quum obsidione cinxisset Rutulorũ vrbem Ardeam: filius Sextus à Patre nihil degenerãs, ex castris aliquando Romam reuersus, stuprum per vim intulit nobilissimæ matronæ Lucretiæ: quæ confestim, accepto probro, maritum, patrem & cognatos ex castris accersitos contestata est: quod præter suam voluntatem pudicitiæ decus amisisset. Etsi autem veniam dabant pater & maritus coactæ: quod videlicet nihil pertineret ad violationem pudicitiæ crimen per vim illatum: quodque non animus, sed corpus esset pollutum: quod item mens peccaret, non corpus &: vnde consilium abfuisset, culpa abesset: Tamen ipsa omnem consolationem respuens; & nihil mulieri saluum esse amissa pudicitia dictitans; ferrum, quod veste celârat, in conspectu patris, mariti, & cognatorũ suo pectori impressit: & ita per vim oblatum stuprũ voluntaria morte luit. Huius extrema verba fuerũt: Nolo (inquit) vt vlla impudica mulier vnquam se ex-

Lucretia à Tarquinio stuprata.

emplo

emplo Lucretiæ astute defendat. Hoc factum non modo Regis expulsioni, sed etiam regij nominis & potestatis abiurationi causam præbuit. Excluso igitur vrbe Tarquinio Superbo, quum regnasset annos XXV. & exercitu, qui Ardeam obsidebat, Romam reuocato: à Patribus Romanæ Reipub. gubernatio in aliam formam est redacta. Erant autem Tarquinio tres filij: quorum duo patrem exulantem sunt comitati: Sextus vero Tarquinius, qui Lucretiam polluerat, Gabios, tanquam in suum regnum profectus, libidinum pœnas exsoluit, nam ab vltoribus veterum simultatum, quas sibi ante cædibus & Rapinis consciuerat, interfectus est.

Tarquinij Superbi exilium.

Sexti Tarquinii mors.

DE IIS QVÆ POST REGES EX vrbe eiectos Romæ acciderunt sub Consulibus.

Q*Vum vrbs regio dominatu, Bruti auspiciis, liberata esset: Patribus & Populo Rom. placuit, vt deinceps Reipub. Gubernatio esset penes duos Consules: quorum tamen imperium annuo spacio terminaretur. Ideo autem duo delecti sunt: vt si vnus ab officio discedere vellet, alterius ope facilius in viam reduceretur. Creati itaq; sunt primi Consules, anno ab V. Condita, CCXLV. L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiæ. Ac Collatinus quidem cum propter regij nominis, quod gerebat, inuidiam, tum propter quasdam suspiciones, non solum vltro se Consulatu abdicauit: sed etiam rebus suis omnibus Lauinium translatis, vrbe cessit. Lucius vero*

Consules duo. L. Iun. Brutus, L. Tarquinius Collatinus

L. Brutus in prælio cadit.

Brutus, quum in quodam prælio Aruntem, filiū Tarquinij, effrenatius inuasisset, ita hostiliter cum eo cōcurrit vt ambo cominus ictu cōtrario ceciderint. Cæterum pulsus regno Tarquinius, conatus est partim fraude, partim vi, dignitatem regiam recuperare. nā initio vulpinis artibus vsus est; quibus quum nihil se proficere intelligeret, ad leoninas confugit; Siquidem non ita diu postquam fuerat vrbe exclusus, per Legatos, quos Romam ad repetendas facultates suas ibi relictas miserat, cum alios iuuenes nobiles, tum etiam Consulum affines & ipsius quoque Bruti duos filios, ad proditionem vrbis solicitauit: ac tantum effecit, vt operam suam policerentur: quam haud dubie præstitissent: nisi per seruulum quendā vindicium qui forte latens cūcta audiuerat, pestiferum hoc propositum fuisset Consulibus proditum. Quo cognito, tanta ira Brutus exarsit: vt non modo reliquos coniuratos, sed etiam ambos filios adolescentes in concionem protractos virgis cædi, ac securi percuti curauerit. De hoc immiti facto Bruti vaticinatur his verbis Anchises apud Virgilium lib. Æneid. 6.

Tarquinij regis molitiones & technæ.

Proditio manifestata à vindicio seruo ob id libertati donato.

Brutus duos filios securi percutit.

Vis & Tarquinios reges, animamq; superbam
Vltoris Bruti, fascesq; videre receptos?
Consulis imperium hic primus, sæuasque secures
Accipiet natosq; Pater fera bella mouentes
Ad pœnam, pulcra pro libertate, vocabit
Infelix: vtrunq; ferent ea fata minores;
Vincet amor patriæ, laudumq; immensa cupido.

Animaduertens itaque Tarquinius, frustra se struxisse insidias, arma cepit: & adiutus Veientum & Tarquiniensium copiis, exercitum in agrum Romanū duxit:

duxit, cui quum Romani occurrissent, prælium graue; ancipiti tamen Marte, commissum est: atque in prima statim pugna conciderunt mutuis vulneribus, Brutus Consul, & Aruns, Tarquinij filius: quorum vterq; sui agminis equitatū ducens, in prima acie versabatur. Brutum interfectū matronæ in vrbe, vt communem patrē, ob insignē defensionē coniugalis pudicitiæ, integrū annū luxerunt. Gesta hæc sunt primo anno post reges vrbe exactos. Subsequente deinde anno Porsenna Rex Hetruscus coniunxit se cum Tarquinio: & tribus annis continuis vrbem modo terruit, modo obsedit. Redacta tunc fuisset in seruitutem Roma: quum obsidionem tolerare diutius vix posset: nisi virtutem admiratio conciliasset ipsi obsidentis hostis animum. Eminuit enim illo tempore in Horatio Coclite, Mutio Scæuola, & Coclia virgine, inaudita magnanimitas: quæ vere plus habebat audaciæ, quā fidei. Nam Horatius Cocles positus forte in statione pontis; quum citatos hostes, capto Ianiculo, ad vrbem accurrere, & turbam suorum trepidam, relinquere aciem vidisset: reprehendens consternationem fugientium, eosque ex fuga reuocans: per Deum atque hominum fidem obtestatus est: vt pontē à tergo, ferro, igne, & quacunque vi possent, interrumperent; obedientibus sociis ipse in primum pontis aditum procedens: impetum hostium, qui miraculo audaciæ obstupefacti erant, obiecto suo corpore fortissime repressit: donec maior pontis pars esset rescissa: tū demū desiliens in Tiberim, licet admodū saucius, viuus tamen ad vrbem tranauit. Neq; vero minor fuit

L. Iun. Bruti mors.

Porsenna rex Hetruriæ.

Horatius Cocles.

animi

Mutius Scæuola. *animi celsitudo in Mutio Scæuola: Is enim durante obsidione, assumto Hetrusco habitu, solus ad hostium castra tranauit: Regemq; animo ad supplicium parato interficere certo sibi proposuit: sed in persona Regis erratum est: nam eius scribam, Regem esse ratus, confodit. Quamquam prehenderetur à satellitibus: manum dextram in conspectu omnium imposuit in focum ardentem: eamq; velut alienato sensu vstulauit: Regem insuper monuit: vt hoc exemplo disceret, quam vile corpus esset iis, qui magnam peterent gloriam: ideoque sibi caueret. Trecentos enim Romanos iuuenes audacissimos, è quorum numero ipse infimus esset, in eius necem coniurasse. Hac oratione, & simul conspectu inusitatæ virtutis motus Porsenna iussit eum manum retrahere: & non modo ipsum dimisit incolumem: sed etiam æquissimas pacis conditiones Romanis obtulit. Extat de eo Epigramma apud Martialem libro primo.*

Dum peteret Regem, decepta Satellite dextra,
Iniecit sacris se peritura focis.
Sed tam sæua pius miracula non tulit hostis:
Et raptum flammis iussit abire virum.
Vrere quam potuit contemto Mutius igne,
Hanc spectare manum Porsena non potuit.
Maior deceptæ fama est & gloria dextre:
Si non errasset, fecerat illa minus.

Clœlia. *Erat in castris, haud procul à Tiberis ripa positis, obses inter alias virgo Clœlia: ea quum detineretur, elapsa aliquando ex custodia per Tiberim Romam rediit: simul etiam aliarum secum obsidum agmen, ex mediis hostium telis in vrbem reduxit. Hæc igitur*

faci-

facinora admiratione animum Porsennæ impleuerũt: vt maluerit relicto Tarquinio, quauis conditione amicitiam cum Romanis pacisci: quam vrbem tantæ virtutis matrem diutius oppugnare. Desertus autem à Porsenna Tarquinius , nec amplius volens Sisyphi saxum voluere: priuatus deinceps viuere, nec magis Romanos molestare decreuit. Sed non ita diu post gener eius Manilius Octauius, volens vindicare soceri iniuriam: ingens bellum contra Romanos instaurauit: concitatis nimirum quadraginta populis, qui in Romanæ vrbis perniciem coniurarunt. Magnitudine itaque imminentis periculi; quod certe erat maximum, Romani consternati, tunc primum Dictatorẽ crearunt: cuius auctoritas & potentia præiret Consulem. Nec parum in illo bello ea res ipsis profuit. Tandem collatis signis ad lacum Rhegillum; quum Romanus exercitus vicisset & interfectus esset Manilius: eiusque obitum paucis annis interpositis mors Soceri subsequeretur: vrbs metu regiæ potentiæ penitus fuit liberata.

Manilius Octauius. Anno CCLIV.

Dictator primus creatus.

ANNO CCLV.

ANNO CCLIX.

SVCCESSIO PLEBIS IN MONtem sacrum, & origo Tribunatus.

VIx iam eluctata fuerat Romana Respublica ex periculo Regiæ Tyrannidis, cum eam bellis adhuc vicinis implicatam in discrimen duxit domi subito exardescens intestina plebis & patrum discordia: cuius causæ præcipuæ extiterunt immodicæ vsuræ, qui-

ta, quibus demersa magna pars multitudinis ad seruitutem rapiebatur. Mota igitur est anno CCLIX. quo mortuus erat Tarquinius, tristis seditio: quæ quidem isto momento popularibus remediis fuit sanata: sed semina tamen reliquit: ex quib. sequente anno tãtum exarsit incendium: vt plebs armata in Sacrum Montẽ secederet, & oppreßionẽ Patrũ moliretur. Repreßit autem illum tumultum secesßionis Menenius Agrippa vir facundus: qui cum à patribus ad seditiosam multitudinem esset legatus, prisco dicendi modo nihil aliud dixisse fertur, quam illud: Tempore, quo in homine, non vt nunc, omnia in vnum consentiebant, singulis membris suum cuique consilium & suus sermo fuit: reliquas partes sua cura, labore & ministerio omnia quidem ventri quærere: sed ventrem in medio quietis nihil aliud facere, quam datis voluptatibus frui. Conspirarunt inde, ne manus ad os cibum ferrent, ne os acciperet datum, & ne dentes cõficerent. Hac ira dum ventrem fame domare vellent, ipsa etiã membra & totum corpus vna in extremam tabem venit: vt inde apparuerit, ventris quoque non segne ministerium esse: nec magis aliquam alere eum, reddentem in omnes corporis partes hunc, quo viuimus, diuisum pariter in venas confecto cibo sanguinem. Comparando deinde, quam intestina corporis seditio esset similis iræ plebis in Patres: ita demulsit plebis animos, vt pacis conditiones admitteret. Creati tunc primum fuerunt Tribuni Plebis: & decretum est, vt is magistratus esset sacrosanctus: cuius auxilium, si ubi reposceret, Plebs aduersus Consules implo-

Menenij Agrippa oratio.

Tribuni Plebis.

implorare posset: ne cui Patrum eam dignitatem capere liceret. Hoc institutum postea sæpe maximam perniciem Reipublicæ attulit, quia qui hanc potestatem capessebant, dum plebi gratificari studerent, sæpe præcipitarunt Rempub. in extrema pericula.

C. MARTII CORIOLANI VRbis Romæ Obsidio.

Opposuit se paulo post Tribunis C. Martius ciuis egregius: cuius in expugnandis Coriolis, Volscorum oppido, egregia fuerat virtus, vnde Coriolanus cognominatus: quia potestatem Tribunitiam conabatur abrogare: vt proinde dies ei à Tribunis fuerit dicta. Ipse cum ad dictam diem non adesset, & absens fuisset damnatus: offensus ingrati populi iniuria, præ nimia indignatione, contulit se ad Volscos: qui paulo ante à Romanis fuerant domiti: iisque defectionis auctor fuit. Ac vt iracundiæ suæ conatus expleret, dux ipsius belli fuit: & aliquot oppida Romanis eripuit: donec tandem ad oppugnandam quoque ipsam Romam accessit. Bellum Romanorum cum Æquis & Volscis.

Sed liberauit vrbem obsidione mater Coriolani Veturia: quæ egressa ad filium, cum videret eum velle amplexum petere: Sine (inquit) priusquam cõplexũ accipio, sciam ad hostem, an ad filium venerim: captiua ne, an mater in castris tuis sim. In hoc me longa vita & infelix senecta traxit, vt exulem te, & deinde ho- Veturia mater Coriolani.

de hostem viderem? Potuisti populari hanc terram, quæ te genuit atque aluit? Non tibi, quamuis infesto & minaci animo perueneras, ingredienti fines ira cecidit? non cum in conspectu fuit Roma, succurrit: Intra illa mœnia domus, penates mater, coniux & liberi mei sunt? Ergo ego, nisi peperissem; Roma non oppugnaretur? nisi filium haberem, in libera patria mortua essem? Sed ego nihil iam pati, nec tibi turpius quam mihi miserius possum: nec vt sim miserrima, diu futura sum: De his videris: quos si pergis, aut immatura mors, aut certe longa seruitus manet. His verbis Vetruria filium Coriolanum *ad priuatam pietatem flectens à publico parricidio reuocauit. Abducto igitur exercitu suo, ad Volscos* Coriolanus *rediit: & illo ipso anno siue morbo confectus, siue (vt nonnulli habent) à Volscis necatus, siue hausto veneno conatum iracundiæ vltro sedaturus, diem obiit.*

Coriolani mors.

BELLVM VEIENTANVM.

Fabiorum CCC. ad Cremerã fluuium Cædes.

ANNO *vrbis* CCLXXV. *Cæsone* Fabio *&* T. *Virginio* Coss. *cum Roma plurium populorum incursationibus hinc inde vexaretur, Fabiorum familia patricia, & tam numero, quam viribus gloriosissima à Senatu impetrauit: vt quoniam patria pluribus bellis occupata & distracta esset, sibi solum bellum in Veientes decerneretur. Erat autem Veientum vrbs in* Hetruria: *quæ postea capta est à* Camillo *ab*
358. *V.C.anno* CCCLIIX. *ac quanta eius fuerit potentia, inde colligi potest: quod illo tempore, cum à Camillo caperetur, decennalem obsidionem continuam tole-*

rauerat: ac plus aliquanto cladium intulerat, quam acceperat. Egreßi itaque sunt cum suo comitatu ad bellum Veientanum omnes Fabij puberes numero CCCVI. è quibus dux fieri quilibet erat aptus: quia tanta fuit in illis virtus, vt singuli magnorum exercituum duces esse potuissent. Vnus solummodo domi relictus est puer admodum, qui propter annos impuberes armis gerendis impar erat. Et quanquam initia ipsis fuerant satis læta: quia crebras victorias & opima spolia ex leuibus prælijs & excursionibus in sua castra, quæ ad Cremeram fluuium posuerant, reportabant: ad extremum tamen, cum non statuentes arridenti fortunæ modum, longius excurrissent, inciderunt in hostium insidias: & funesta strage omnes sunt interfecti. Accidisse hanc calamitatem, qua tot Romanæ vrbis lumina extincta sunt Idibus Februarij, auctor est Ouidius lib. 2. Fastorum. Plutarchus vero in Camillo refert eam ad XVI. diem Iulij; quo die etiam Romani paulo post à Gallis Aliensem cladem acceperunt.

LEGVM DECEMVIRALIVM, seu XII. Tab. origo, & Decemviratus institutio, & eiusdem abrogatio.

MVlta pißim fit mentio Legum XII. Tabularum: & M. Cicero totam ciuilem scientiam, descriptis omnibus ciuitatis vtilitatibus ac partibus, XII. Tabulis contineri scribit. Etsi autem fere totæ interciderunt: paucis conseruatis fragmentis, quæ hinc

inde in Augustini, Ciceronis, Dionysii, Plinij, Gellij, Festi & Iureconsultorum monumentis dispersa extant: tamen cum certū sit, eas seminarium fuisse Romani iuris, quo nunc vtimur: aliquid de earum origine indicabimus. Cum iam creuisset vrbs hominum numero: & propter negotiorum varietatem præsenti statui veteres leges minime sufficerent: ac multæ controuersiæ incerto iure, tantum auctoritate patriciorum ius pro arbitrio dicentiū, dirimendæ essent: postulauit populus, vt certa quadā & æqualis iuris scripti forma cōstitueretur: quæ regendis omnibus iudiciis ciuilib. satis esse posset. Huic rogationi Patricij initio acerrime repugnauerunt: ita vt vix post octo annos, & post multas contentiones, tandē communi consensu decretum factum sit, de mittendis Legatis Athenas & in alias Græcorum vrbes, qui optimarum legum exemplum peterent. Legati igitur missi sunt in Græciam Tresuiri prudentia & iuditio præstantes Sex. Posthumus Albus, A. Manlius, & Ser. Sulpitius Camerinus. Floruit eo tempore vrbs Attica, cum nondum funesto bello Peloponnesiaco, quod paulo post exarsit, attrita esset: & iam annis CXL. ad leges Solonis mores conformasset: Cumque integrum triennium in sua peregrinatione Legati consumpsissent: nihil est dubij, eos diligentissime non tantum Athenas, sed & multas alias Græciæ ciuitates perlustrasse. Cum autem essent reuersi: conuenit inter Patres & Plebem; vt decem ex Senatoribus viri deligerentur; qui & ex patriis suis consuetudinibus, & Græcorum legibus, certum aliquod colligerent

Triumuiri legib. XII. ferendis.

rent

rent & componerent Iuris perpetui Systema: quod deinceps omnes magistratus in iudicando sequerentur. Delecti igitur sunt Decemuiri: inter quos fuerunt & Legati reuersi ex Græcia: qui totum annum componendis legibus operam dederunt: adhibitus etiam fuit Philosophus Hermodorus, quem Ephesii ciuitate sua eiecerant. Conscriptæ Leges, antequam ratæ haberentur, publice sunt propositæ in Decem Tabellis: & facultas data fuit singulis ciuibus, tam infimis quam summis, admonendi, si quid correctione dignum iudicarent. Tandem cum maxima auctoritate, & totius ciuitatis consensu stabilitæ, ac æneis tabulis in foro pro Rostris affixæ sunt: Ac paulo post additæ sunt adhuc duæ Tabulæ in quibus (vt Dionysius refert) inter cætera statutum fuit: ne matrimonio plebeij cum patriciis iungerentur. Extant autem earum reliquiæ: quas veluti tabulas fractæ nauis diligenter ex diuersis auctoribus collegit Fr. Balduinus Iurisconsultus: quem, qui volet, consulere poterit. Latis igitur & stabilitis XII. Tab. Legibus, placuit, vt mutata Consulari potestate, gubernatio Reipublicæ deinceps committeretur Decemuiris, qui leges conscripserant. Sed eorum imperium non diutius durauit biennio: quo elapso, rediit Respublica ad pristinam formam: mota nimirum tam Decemuirorum insolentia, quam maxime libidinem Appij Claudij. Ac quem fastum exiguo tempore animo conceperint singuli, inde videre est: quod cum initio cõmuni consilio approbassent, vt Appius Claudius summi magistratus insignia solus gereret,

Decemuiri legibus ferendis.

Hermodorus Ephesius.

Leges X. tab.

Leges XII.

Decemuirale imperium.

reret,

reret, sed consilia & postatem cum reliquis communicaret: statim facta coniuratione, sententiam, quam tulerant, reiecerint prodeuntes repēte singuli in publicum cum duodenis fascibus, & cæteris imperatoriis insignibus. Erat iam Respub. non vnius regis tyrannidi, sed decem Tyrannorum libidinibus obnoxia: & incidisset haud dubie ob eorum petulantiam in maximum discrimen libertatis, nisi flagitiosus Appij amor mutationis attulisset occasionem, & iustam, & admodum tempestiuam. Deperierat is puellam quandam plebeij cuiusdam ciuis L Virginij, qui forte contra Latinos tunc militabat, filiam desponsatam honesto cuidam Iuueni: cumq; eius castitatem vndique pudicitia septam, muneribus & policitis expugnare non posset astute hoc negotium dedit cuidam suorum clientum, vt in publico iudicio, cui ipse Præses erat, affuturus contenderet, virginem illam domi suæ natam, ac forte inde in domum Virginij translatam, & ideo eius suppostititiam filiam esse. Sperabat se hac ratione potiturum virgine Appius: sed vt solent improborum consiliorum infelices esse exitus, qui plerumq; in auctoris caput redundāt: ita flagitiosa hæc Machinatio, tam ipsi Appio, quam reliquis Decemviris, perniciem attulit. Audiuerat iam in castris Virginius filiam suam in ius vocari: itaque, siue rumore, siue literis futuri generi accitus, subito accurrit: & cum animaduerteret insidias strui eius pudicitiæ, filiam potius, quam Appij libidinibus dederetur, in conspectu omnium sua manu occidit inquiens: Hoc te vno, quo possum, modo Filia, in libertatem vindico. Hoc triste specta-

Virginia à patre occisa.

spectaculum ex iusto Patris dolore profectum in causa fuit: vt omnis populus, qui in castris & vrbe erat, secessionem faceret in montem Auentinum: & vrbis desertionē moliretur: nec etiam prius placari posset, quam Decemuiris magistratu suo se abdicantibus. Illis igitur loco suo motis Virginius Tribunus plebis creatus diem dixit Appio. Sed is male sibi conscius, in custodia, quæ ei vsq; ad diem iudicij erat posita, mortē sibimet ipse consciuit. Secessio altera plebis in Auētinum.

SEXTI TEMPANII, EQVITVM in bello contra Volscos decurionis, factum laudabile.

NOn possum tacitus præterire insignem historiam de Sex. Tempanio equitum in bello contra Volscos Decurione: quæ etsi à nemine alio, quam à Liuio recitatur, tamen quia illustre exemplum cōtinet eximiæ fortitudinis, cum singulari candore cōiuncta, digna est quæ commemoretur. Militauit hic Tempanius sub C. Sempronio Atratino Consule: qui anno vrbis CCCXXXII. exercitum contra Volscos rebellantes eduxerat. Erexerant autem, vt fere fieri solet, Consulis animum, ad certam spem obtinendæ victoriæ, priores populi Romani successus: vt eum ita dementarent, quo omnia ageret negligentius. Ea securitate ferocior factus hostis, tam acrem fecit in Romanos impetum: vt ad fugam res inclinaret: ac data terga tunc hostibus fuissent: nisi Sex. Tempanius, re iam labente, præsenti animo subuenisset. Is enim de equo suo desiliens, & hastam pro vexillo erigens; non Furtitudo Sex. Tempanij.

modo equitibus animum reddidit: sed etiam pedites confirmauit: vt recepto animus fortissime hostibus resisterent. In hoc accerrimo prælio auulsus forte cum quibusdam equitib. à Romano exercitu Tempanius: cum vndique hostium agminibus cinctum se videret: tumulum occupauit: in quo vsque ad noctem ita fortiter hostiles impetus repressit: vt circumfusi hostes eum frustra oppugnarent: & prælio ob noctis tenebras dirempto, in tumulo eũ desererent. Tenuit per totam noctem tumulum istum Tempanius: ne incideret in insidias, quas metuebat: ac orta luce, cũ suis à tumulo descendit: & cum nesciret, quo vel consul vel hostis duxisset copias: quia ambo initio noctis, finito prælio, castra mouerant: cũ etiam nõ esset certus, vter exercitus præterito die vicisset: Romam rediit: vbi iam, sparso de ipsius oppressione rumore, non tam priuato, quam publico luctu fuerat deploratus. Etsi autem hæc Tempanij virtus admiranda est: tamẽ non minorem laudem meretur insignis eius candor; quo ambiguum Consulis factum coram ferocib. Tribunis mitigauit. Non deerant ei iustæ rationes cõquerendi de Consulis negligentia: sed, ne ignem ferro foderet, & Tribunos, quibus iam antea Consul inuisus erat, magis accẽderet, honestissime eum excusauit. Interrogatus, an Consulem aut in tempore pugnam inijsse, aut firmasse subsidiis aciem, aut vllo boni Consulis officio functum arbitraretur: nunquid etiã ipse pugnã restituisset, an intercluso subuenisset Consul, & an postero quoq; die misisset præsidium: respondit, quanta prudentia reib. licæ in Sem-

Candor Sex. Tempanij.

pronior esset, non militū de Imperatore æstimationem esse: sed populi Romani fuisse cum eum Consulem legeret: ne proinde à se Imperatoria consilia aut consulares artes exquirerent, quæ magnis ingeniis pensitāda essent: nisi se, quod viderit, referre posse: vidisse autem se, priusquam ab acie intercluderetur, Consulem in prima acie pugnantem, & inter signa Romana ac hostium tela versantem: & sic se à cōspectu suorum ablatum: ex strepitu tamen & clamore sensisse, vsque ad noctem extractum certamen; atque vix credere ad tumulum, quem ipse tenuerat, præ multitudine hostium perrumpi potuisse: Exercitus vbi esset, se nescire quidem, sed arbitrari: vt ipse in re trepida loci præsidio se & suos fuerit tutatus: sic etiam Consulem, seruandi exercitus causa, loca tutiora castris cepisse: non etiam meliores hostium res esse credere, quam populi Romani fortunam: ac noctem omnia mutuo errore impleuisse. Hæc locutus, & precatus simul, ne se fessum labore & vulneribus tenerent: cum ingenti laude non virtutis magis, quam moderationis est dimissus: & paulo post Tribunus plebis creatus.

BELLVM SENONICVM ROMA á gallis capta anno V. Cond. CCCLXV.

I*Ta in rebus humanis comparatum est, vt imperiorum & vrbium conditio non minus fortunæ ludibrio exposita sit, quā vita priuatorū hominū. Quod igitur de priuatis hominibus Pausanias dixit corū vitam*

tam similem esse navigiis in altum deductis: ex quibus etsi aliud mitiores, & aliud sauiores tempestates experiatur; nullum tamen sit omnis fluctuationis maxime expers: Id verißime etiam de imperiis ac Rebuspublicis dici potest. Etsi enim alia Respublica est tranquilior, & alia habet plus turbarum atque motuum; nulla tamen nominari potest; quæ continua pacis serenitate fuerit vsa: & quam non interdum repentinus aliquis casus in maxima pericula cõiecerit. Causas, quare Deus interdum etiam potentißimas vrbes in tam dubiam det iniquæ fortunæ aleam, hoc loco nõ persequar: sed paucis recitabo Romæ captæ historiam. In qua inprimis obseruandum est, quod Galli isti, qui Romam tunc oppresserunt, non fuerint Transalpini, qui tunc primum Alpes transcenderint; sed incolæ istius tractus, qui dictus est Gallia Cisalpina: quem ante ipsos Hetrusci longe lateq; in Hetruria dominantes tenuerunt. Occuparunt autem illam regionem tempore Tarquinij Prisci Regis Romanorum; collecti (vt Plutarchus & Liuius memorant) cuiusdam Hetrusci ciuis studio. Habuerat is in tutela quendam adolescẽtem, qui tutori anguinam mercedem referens, vxorem eius corrupit: & vt mariti desertionem pararet, suasit. Re autem patefacta, cum Tutor frustra magistratus opem implorasset; & Iudices ad pupilli conatus conniuerent: cœpit dispicere, quo pacto iniuriam, tam a pupillo, quam à magistratu acceptam vlcisceretur. Vt igitur peregrinis populis patriam proderet; transuexit vina & alios fructus Italicos in iuga Alpium: quæ tunc temporis ab his nouam sedem quærentibus

tibus tenebatur: & quidem hoc consilio, vt Gallos in Italiam hac ratione attraheret. Nec fefellit eum opinio: quia Galli degustata vini ac fructuum dulcedine, confestim involarunt in Italiam; & pulsis Hetruscis ex regione Padana, terram illam ferme totam sibi vindicarunt. Hæc fuit causa, quæ primo Gallis aperuit Italiam: & ab his Cisalpinis Gallis propterea non solum Roma postea vastata est: sed etiam multæ magnæ clades aliquoties Romanis illatæ sunt: donec penitus delerentur. Sed cur ad delendam Romam animũ adiecerint, videamus. An, Vrb. Cond. CCCLXIV. Galli isti non contenti regione, quam tenebant, plura loca suo imperio cupiebant adijcere. Itaq; impreßionem fecerunt in agrum Clusinum: & Clusini obsidione laborantes intercesßionem petierunt à Romanis. Mißi igitur sunt tres Legati ex Fabiana familia: qui populi Romani nomine mitißime cum Gallis agerẽt, & eos ab obsidione dehortarentur. Sed cum Galli ferocius respondissent: & obiecissent Romanis, quod inique conarentur inhibere crescentem Gallorum potẽtiam: dum ipsi interim quocunq; titulo vicina loca inuaderent, & quæ possent, in suam potestatem redigerent: Legati transgreßi fines mãdatorum, quæ habebant, incitarunt obsessos, vt fortiter hostibus resisterent: & ipsi Clusinarum copiarum facti duces steterunt in prima acie, quam contra Gallos eduxerunt. Interfecit forte in pugna ista vnus ex Legatis Gallum quendam principem: quæ res ita offendit Gallos, vt mox mißis Clusinis Romam legatos mitterent, qui de iniuriis conquererentur: & postularent, vt illi, à qui-

Gallorum in Italiam irruptio.

Pugna ad Clusium.

bus contra ius legatorum essent iniuria affecti, de iure gentium illis dederentur. Occursum est illis a Romanis ad fluuium Alliam: sed admodum infeliciter: quia acies Romana profligata, & non sine magna strage, in qua propemodum flos Romanæ iuuentutis periit, turpiter in fugam conuersa est: & quidem in ipsa fuga tantus pauor occupauit eorum animos, qui ferrū effugerant: vt plures se Veios, quam Romam cōferrent. Accedit hoc eodem die, quo olim CCCVI. Fabios cæsos esse Plutarchus affirmat, nimirum XVI. die Iulii accepta hac ingenti clade, cum de vrbis defensione spes fere nulla esset reliqua: placuit multitudinem aliquam militarem, & Senatus robur in Capitolium imponere: senes, quos natura iam ad mortē deposcere, in vrbe quemcunque in euentum relinquere: ac plebis turbam, quam nec capere exiguus capitolii tumulus, multo minus alere poterat, facere liberam: vt suum quisque consilium, quod posset, & suam spem sequeretur. Secedente igitur iuuentute ad pugnandum idonea in Capitolium: quam Eutropius testatur vix mille hominum fuisse: & plebe ex vrbe effusa, relictisque ibi solis senibus: qui in ædium vestibulis sedentes, Gallorum aduentum intrepido animo exspectabant: Galli triduo post pugnam commissam in vrbem irruperunt: & trucidatis senibus inflammarunt vrbem: vt ita interfectorum cadauera, propriarum ædium corruentibus culminibus, quasi sepelirentur. Deinde ad oppugnationem Capitolii conuersi, cum frustra eam tentassent, obsidere illud cœperunt: & durauit obsidio circiter septem menses: quia

Pugna Alliensis.

Roma à Gallis cōflagrata.

Capitolij obsidio.

quia, Plutarcho teste, circa Idus Februarij demum est soluta. Depulsis Gallis, ductu M. Camilli, qui etsi aliquando ante eiectus fuerat ab ingrata vrbem exilium, studium tamen bene merendi de patria propterea non abiecit: sed cum periclitari eam intelligeret, & ad capessendam Dictaturam ab exulibus Romanis, qui fuga dilapsi fuerant, inuitaretur: contractis subito copiis in vrbe Ardea, in qua exulabat Romanas Reliquias diuturna obsidione defatigatas, & iam hostibus offerentes de pace colloquium, ab interitu vindicauit. Hostes enim à tergo adortus, trucidata maxima multitudine, in fugam conuertit: ac fugientes insecutus oppressit altero prælio in via Gabina, quo se ex fuga contulerant. Scribunt nonnulli, allatum forte tunc esse rumorem: quod deserta Gallorum regio à vicinis populis vastaretur, ac propterea ad domesticum bellum Galli properantes, facta cum Camillo pace, ex finibus Romanis discessisse. Hoc præclarum & insperatum facinus, quo Roma recuperata est, tantam Camillo gloriam peperit, vt propterea SECVNDVS ROMVLVS, & alter Patriæ conditor nominaretur. Neque vero à nobis prætereundus est casus admodum præceps: quo Romani, dum adhuc obsidione cingerentur, ferè fuerunt oppressi. Galli enim noctu ad latus quoddam Capitolini montis, ex quo propter saxum præruptum nihil periculi metuendum videbatur, alternis innixi, & sese inuicem subleuantes, ac alij alios trahentes, prout postulabat locus, tanto silentio in summum euaserunt: vt non modo custodes, sed etiam canes, animal alioquin ad nocturnos strepitus vel

Camilli virtus & amor erga patriam.

Galli [illegible] bello [illegible] & fugati.

maxime solicitum, fallerent. Anseres tamen non fefellere: à quibus, quod Iunoni sacri essent, in summa etiam cibi inopia obsessi abstinuerant: quia sub volantium alarum clangore excitus M. Manlius, qui postea nominatus est Capitolinus, hostium conatus deprehendit: ac sublato clamore Gallũ, qui iam in summo institerat, vmbone deturbans, initium fecit ruinæ, qua tota acies prolapsa, & in præceps delata est. Atque hæc est Gallicæ illius irruptionis historia: quæ præterquam quod exemplum periculorum, quibus interdum etiam potentissimæ Respublicæ implicantur, & diuinæ liberationis proponit: simul etiam documento est diuinitus puniri libidines publicis calamitatibus: præsertim cum magistratus oblitus sui officij eam licentiam sua negligentia confirmat. In Camilli vero persona, veluti in speculo contemplandam exhibet illustrem imaginem non simulati amoris erga patriam, qui ne quidem maximis iniuriis frangitur: quo minus debitam patriæ gratitudinem præstet.

M. CVRTII EQV. ROM. FACINUS memorabile.

Anno vrbis CCCXCIII. *cum valde dira pestis per biennium grassata fuisset in foro Romano: ex eruptione Tiberis subterranea, spatium non paruum consídens, vastam voraginem effecit: & nõ pauca ædificia absorpsit. Manente autem isto hiatu, & cunctis terrorem ob immensam altitudinem, quæ inexplebilis videbatur, incutiente: cum Aruspices consulti*

ſulti reſpondiſſent, rupturam illam prius coire non poſſe, quam ſi, quod Romæ eſſet præcioſiſsimum, immitteretur: diu dubitatum eſt, quidnam illud eſſet: ac iniecerunt quidem alij alia, quæ in precio habebant. Cum autem id fruſtra feciſſent: tantem M. Curtius Eques Romanus; non tam nobilitate familiæ, quam virtute clarus: negans Romam quicquam præſtantius armis & viris fortibus poſsidere: vltro ſe pro bono publico deuouit: & equo militiæ inſignibus exornato inſidens armatus: cũ ſublatis manibus, modo ad Cœleſtes, modo ad inferos Deos vota feciſſet: in hiatum ſeſe magno animo præcipitauit: Quo facto, terra, quæ diſsiluerat, rurſus coaluit.

TITI MANLII PIETAS ERGA patrem, & eiuſdem virtus, ac ſeueritas erga filium.

HIc Titus Manilius, qui fuit ex familia M. Manlij Capitolini, ob affectati regni crimen è Saxo Tarpeio poſt deiecti, oriundus; patrẽ habuit L. Manlium: qui ob naturæ vehementiam Imperioſus cognominabatur: & puer à patre, quod lingua impedita & minus prompta eſſet, ab hominibus relegatus, ac ruri habitare iuſſus fuit. Cum autem aliquando audiuiſſet adoleſcens filius, negotium exhiberi Patri: quia Tribunus quidam diem ipſi dixerat: accurrit Romam; & prima luce in Tribuni domum venit. Tribunus, quia illum iratum allaturum ad ſe aliquid cõtra patrem arbitrabatur, ſurrexit è lectulo, & remotis arbitris ad ſe adoleſcentem iuſsit venire. Ille, vt ingreſſus

L. Manlius Imperioſus.

T. Manlii pietas erga patrem.

sui esset: confestim gladium distrinxit: & iurauit se illum statim interfecturum: nisi ius iurandum daret, se patrem missum esse facturum. Iurauit hoc terrore coactus tribunus rem ad populum detulit: docuit, cur sibi à causa desistere necesse esset: & L. Manlium missum fecit. Hoc factum T. Manlij ideo laude dignum est: quia ostendit, filium, licet, duriter à patre tractatum, nihilominus tamen retinuisse studium pietatis, quæ parentibus debetur. Idem etiam T. Manlius, qui patrem suum à Tribunitia vexatione liberauit, anno vrbis CCCXCIV. cum Galli denuo in agro Romano apud Anienem amnem cum ingenti exercitu consedissent: & Gallus quidam proceritate ac robore corporis confisus, ferociter Romanis insultaret, aliquem ex illis ad Monomachiam prouocans: prodiit in medium, licet statura longe esset inferior: nec tunc fortuna virtutem deseruit: quia victor euasit Manlius: & cum iacenti Gallo nihil, præter vnum torquem aureum, detraheret; quem vt rei perpetratæ symbolum cruore cõspersum collo suo circumponebat: sibi & familiæ ex illo facto Torquatorum cognomen indidit. Peperit ista victoria magnum Decus Manlianæ familiæ: & toti Reipublicæ Romanæ fuit salutaris: quia ita attonitos reddidit hostes: vt vniuersum bellum postea minori cum negocio conficeretur. Idem denique Manlius Torquatus, aliquot annis interpositis, cum iam tertium Consulatum gereret, peracerbe seuerus fuit in filium sibi cognominem. Defecerant forte à Romanis, iniquissimarum conditionum prætextu, Latini: contra quos exercitum eduxe-

T. Manlij cum Gallo certamen singulare.

T. Manlius cur Torquatus dictus.

eduxerat Torquatus, & ipsius collega P. Decius. Accidit autem, vt dum castra ad Capuam posuissent, certis de causis edictum à Consulibus proponeretur: quo cauebatur ne quis extra ordinem in hostem pugnaret: ac edicto vix promulgato preteriret hostium castra iunior Manlius Consulis filius & ibi à Tusculano quodam diu ad Monomachiam prouocatus, posthabito Patris imperio, cum hosti concurrent. Et si vero parta victoria, & amplissimam gloriam & Patris beneuolentiam maiorem se conciliaturum sibi speraret; tamen Pater vt sanciret militaris imperij disciplinam: & exercitũ in grauissimo bello animaduersionis metu continendo, publicæ saluti prospiceret: filium, quod contra edictum pugnauisset, morte mulctauit.

T. Manlii de filio supplicium.

BELLVM SAMNITICVM: P. DEcii Patris & filii pro salute patriæ Deuotio.

EO ipso anno, in quo pater Torquatus in filium capitali supplicio animaduertit, nobilis etiam factus est Decius Consul, deuouens sese pro salute Reipublicæ, qui erat collega Torquati: & vna cum ipso ad bellum contra Latinos exierat. Obtulerat autem se vtrique Consuli in terra hostica spectrum quoddam, denuncians ex altera acie Imperatorem, & ex altera exercitum Diis Manibus & Matri Terræ deberi: ac Aruspices consulti responderant, eius populi & partis fore victoriam, cuius Imperator se deuouisset. Inito igitur prælio, cũ cornu, cui praerat

Decius

P. Decii patris pro pop. Rom. deuotio.

Decius, non ferret Latinorum impreßionem: ipse sese deuouens, equo admisso in mediam Latinorum aciem irruit: ibique hostium telis obrutus est: & altero die corpus eius inter cadauera ac maximã hostium stragem telis coopertum est inuentum. Hoc factum cedentibus Romanis animum addidit: & victoriæ parandæ fuit ὁρμητήριον: ac proinde ex vulneribus & sanguine Decij (vt ait Valerius) insperata victoria emersit. Habuit hic Decius filium sibi ἐπώνυμον; qui anno vrbis CCCCLIIX. quartum Consulatum gerens, cum Collega Q. Fabio Maximo Rutiliano profectus est in Hetruriam ad reprimendum bellum: quod ibi motum erat ab Hetruscis, Gallis, Samnitibus & aliis populis, qui contra Romanos conspirauerant. Tenebat forte in prælio cornu Gallis oppositum Decius ille minor: quod nouo quodã pugnæ genere conterritum in fugam convertebatur: ac proinde Decius animaduertens suos loco cedere: cum nulla alia ratione reuocare eos valeret, Patrem imitatus, se quoque deuouit, & concitato equo in mediũ hostium agmen proiecit: clamans inter cætera, se secum formidinem, fugam, cædem, cruorem, inferorum & cœlestium iras, signa funebria, & pestem hostiũ in Gallorum aciem inferre. Hoc audax facinus ex fuga retraxit milites: quos pudebat, ita fortiter Imperatore succumbente, sine vindicta discedere: ac proinde instaurato bello, cum omnia auderent, victoriam obtinuerunt.

P. Decij filij pro pop. Rom. deuotio.

Formula deuotionis apud Liuium extat.

PYRRHI EPIROTARVM REGIS in Italiam traiectio.

VT primum persona Pyrrhi aliquo modo studiosis innotescat: pauca quædam de ipso commemorabo, priusquam ad historiam de rebus ab eo in Italia gestis accedam. Fuit hic Pyrrhus oriundus ex vetustißima & nobilißima principum Græciæ familia, nimirum ex posteris Æaci, præditus non modo eximio robore corporis, verum etiam aluit magnos animi spiritus, cum nimia dominandi cupiditate, audacia, & studio multa mouendi, ac multa acquirendi coniunctos. Itaque fere omnem ætatem bellis gerendis contriuit: in quibus tantam rei militaris scientiam & peritiam est consecutus: vt peritißimus bellator Hannibal interrogatus, cuinam Imperatori daret palmam; non dubitarit Pyrrho secundas post Alexandrũ Magnum tribuere. Plutarchus refert, eum pro dentibus, qui in aliis sunt distincti, habuisse duo ossa continua gingiuæ insita. Idem etiam scribit, quod cum aliquando soluens ex Sicilia in quosdam insidiatores impetum fecisset, & forte in capite accepisset vulnus ita excanduerit: vt ense totum corpus cuiusdam grandis staturæ Siculi secundum longitudinem vno ictu dissecarit: vt facile colligi poßit, eum viribus corporis plurimum valuisse. Est & hoc memorabile, quod Eutropius & Plinius tradunt, eius pollicem in dextro pede singularem habuisse virtutem sanandi lienosos tumores: si eo nudo locum affectum saltem tetigißet: Quin etiam eundem pollicem, cum Antigo-

nus victor iußisset corpus Pyrrhi interfecti exuri, non potuisse flammis absumi: ac proinde aureo loculo inclusum & in antiquißimo Iouis Dodonæi templo suspensum fuisse. Quam autem gesserit Pirrhus elatum & inquietum animum: testis est cum tota ipsius historia: tum vel maxime hæc in Italiam traiectio: qua facile supersedere potuisset, si voluisset quiescere, & obtemperare salutaribus monitis Cancellarij sui Cyneæ, viri admodum sapientis: qui eum huiusmodi oratione à proposito retrahere voluisse fertur: Romani (inquit) ô Rex, vt audio, sunt & ipsi bellatores, & bellicosißimorum populorum domini: si igitur iuuãte Deo eos vinceres, ad quidnam vsuris esses ista victoria? Tunc Pyrrhus: Quid percontaris, (ait) de re, quæ nihil habet dubij? Siquidem victis Romanis nullus foret Italiæ populus, qui auderet se nobis opponere: sic nimirum breui futurus essem totius Italiæ dominus: quæ qualis sit regio, & quantis bonis abundet, quemuis potius, quam te virum intelligentem, ignorare arbitror. Tacuit quidem ad hæc aliquandiu Cyneas: sed deinde vlterius quærẽs: Agedum (inquit) occupata tota Italia quid deinceps esses facturus? Quid? inquit Pyrrhus: nonne Italiæ propinqua est Sicilia insula, tam soli vbertate, quam hominum multitudine, nulli secunda: & eadẽ quasi manus vltro porrigens, nec captu difficilis: Agathocle rege nimirũ iam extincto: & rebus Siculis intestina discordia paßim exulceratis? Bene quidem, ait Cyneas: sed foret ne Sicilia tuæ expeditionis vltima meta; qua adepta, velut decurso spacio, quod erat propositum, quiesceres?

res? Tunc Pyrrhus: Vtinam solummodo res ex sententia mea ad hunc modum succederet: ne ego eiusmodi praeexercita mentis ad maiora niterer. Qua enim dari mihi posset melior occasio inuadendi Africam: qua etiam in meam potestatem redacta, quis quaeso meum imperium detrectaret? Non equidem puto, inquit Cyneas: quia certum & minime dubium est, te si tanta patientia esses instructus, facile occupaturum vniuersam Graciam & totam Macedoniam: Sed si obtineres hac omnia, quid postea ageremus? Pyrrhus arridens; Quid aliud (inquit) quam vt daremus nos illis rebus, quibus homines solent, sese oblectare, transigentes vitam nostram ludis, conuiuiis, & suauibus colloquiis? Ad hac Cyneas: Quid obstat ergo, ô Pyrrhe, quo minus in praesentia talibus oblectat mentis, & quidem grato ocio fruaris? Certe feceris stulte, si propositis tot ac tantis periculis nō sine multo labore & sanguine velles id redimere, quo iam citra omne periculum frui licet. Hæc quidem Cyneas Pyrrho consuluit: sed surdo narrauit fabulam: quia adeo fuit dementatus spe principatus, quē sibi opinionis errore finxerat, Pyrrhi animus: vt talē admonitionē ex alto despiceret. Habuit igitur euentū qualem plerunq; sortiri solent inquieta ingenia: quia re infecta, reuersus ex Sicilia & Italia, cū inuasisset Antigonum regē Macedonia: ac inde Cleonymi Spartani partes cōtra vrbē frustra iuuisset: dissidentib. tunc tēporis duab. Argiuis principib. Aristaeo nimirū & Aristippo: ipse ab Aristaeo accitus copias ad vrbē Argos adduxit. Audiuerat .n. Aristippi partes iuuari ab Antigono: sed

dißidio placida transactione composito: cum iam, ex vtraque parte pacis conditiones essent receptæ: Pyrrhus contra ius fœderis, suadente Aristæo, noctu per quandam angustam portam in vrbem irrupit: & in isto tumultu, quem concitauerat, miserabiliter oppressus perijt.

BELLVM TARENTINVM ET Pyrrhi Regis Epirotarum,

Tarentini luxu perditi, & in petulātiam, luxus pedissequam, effusi, diripuerant hostiliter Romanam quandā classem: quam forte stantes in Theatro prætereuntem conspexerant. Accesserat huc contemptus legatorum: qui Tarentum mißi fuerant, vt de iniuria illa conquererentur. Bello igitur oborto, cū Æmilius Consul in agrum Tarentinum irruens, omnia ferro & igne vastaret: implorarunt Tarentini externa præsidia: & inter alios, quos ad belli societatem inuitarunt, accersiuerunt etiam Pyrrhum regem Epirotarum. Pyrrhus ob magnitudinem virium, & rei militaris peritiam, belli nomen in se conuertit: & in Epiro, Thessalia ac Macedonia satis numerosum exercitum conscripsit: primusue Elephantos antea Romanis non visos in Italiam adduxit. Scribit autem Pausanias Pyrrhum tribus præcipue causis motum fuisse, vt Tarentinorum petitioni locum daret: nimirum agri Italici bonitate, quam ex præstantißimis fructibus sibi à Tarentinis domum mißis æstimauerit: iure supplicum, quos putauerit non temere esse negligendos: & exemplo suorum maiorum, qui contra

Bellum Tarentinum.

Pyrrus occupatus bello Tarentino.

Tro-

Troianos, à quibus orti essent Romani, fortiter dimicarunt. Erexit insuper eius animum & oraculum Delphicum sinistre acceptum, quod vt ex Ennio Cicero recitat, consilium petenti respondit.

Aio te Æacida Romanos vincere posse.

Quapropter cum instructa classe & XX. Elephantis præmisit Cyneam, vt Tarenti cuncta disponeret: & ipse aliquanto post cum alia classe subsecutus est. Sed eum nauigantem, cum iam pene esset in conspectu Italiæ, sæua tempestas prope cum omni classe demersit: qua multis nauibus disiectis, & multis mari oppressis, magna vis militum periit. Ipse de salute sua, nauis desperans, cum sciret se non ita procul à littore abesse, in mare desiliit: & vix, cum totam fere noctem tranando consumsisset, cum paucis satellitibus & amicis, qui eum nando sequebantur, circa diluculum ad terram delatus, euasit: & ibi dissipatæ nauis reliquias collegit, quod si quid sanæ mentis in eo fuisset; haud dubie deterritus tam infausto omine, mutasset propositum, & rediisset in Græciam; sed, vt ille canit, Fertur equis auriga, nec audit currus habenas. Venit igitur cum reliquiis Tarentum: ac simul atque imperium suscepit, curauit occludi theatra, porticus & tabernas, vt pote bello gerendo minime conuenientes: ac proinde Tarentinorum animos, spectaculis, ludis, Balneis, ac compotationibus potius, quam tali imperio ferendo assuetos plurimum à se abalienauit: ita vt non pauci ciues vrbe cederent: qui prohibitionem consuetæ voluptatis pro seruitute in-

Classis Pyrrhi demersa.

Tarentinorum luxus.

tolerabili habebant. Romani autem cognito Pyrrhi aduentu in id incubuerunt; vt quum primum cōmode possent, manum cum ipso consererent: sed variis impedimentis interpositis; tertio demū anno post Pyrrhi aduentum in Italiam signa contulerunt. Erat tunc Consul Tarentino bello præfectus P. Valerius Læuinus: qui cum haberet exercitum satis instructum: Pirrho, cuius vires longe inferiores erāt, occurrit ad Sirim fluuium, inter Pandosiam & Heracleam, Lucaniæ vrbes. Cōmissum igitur est atrox prælium; & quanquā magna fuit vtrinque pugnantiū virtus: ita vt per integrū diem prælium vsque ad noctem duraret: tamen Romani quod prælio fuerint inferiores: quippe quorum acies Elephantorum inusitata & terribili impreßione fuerat turbata: inde deprehēsum esse ait Eutropius: quod noctu aufugerint. Ista victoria valde moderate vsus est Pirrhus: quia Romanos, quos ceperat, honorifice tractauit, & occisos sepeliuit. Fertur etiam, cum eos aduersis vulneribus ac truci vultu etiam mortuos iacere vidisset, ad cœlum sustulisse manus, atque exclamasse: O Iupiter, orbis totius profecto essem dominus, si tales mihi milites contigissent. Missos deinde Romanorum legatos, qui de redimendis captiuis agerēt, ita humaniter excepit: vt non tantum miserit illis obuiā quendam Molossorum principem: quo tutius possent accedere: sed etiam ipse cum delectu equitum ex castris eis occurrit. Legatorum princeps fuit C. Fabricius Luscinius: vir cum multis aliis virtutibus, tum vel maxime vitæ frugalitate, abstinentia & αὐταρκείᾳ clarißimus cuius admiratio præcipue Pirrhum mouis

Primus aduentus Pirrhi in Italiam.

P. Valerius Læuinus Cos.

C. Fabricius vini contemptor.

uit: vt animū ad pacē cum Romanis faciendā adiiceret. Audiuerat Pirrhus Fabriciū magna rei familiaris angustia laborare: ac proinde dono obtulit ipsi ingentem vim auri: amanter petens, vt illud, quicquid esset, non tanquā munus ab hoste datum, sed tanquā symbolum animi beneuoli & virtutū amantis acciperet. At Fabricius, ne cū hoste Patria colludere videretur, cōstātissime aurū oblatū repudiauit: animi quoq; celsitudinē infractā declarauit in eo, q̄ ad subitū conspectum adducti, & repēte detecti Elephāti, adeo nō cohorruit, vt etiā subrideret. Cū deinde Pyrrhus dixisset, se, si in Romanorū amicitiā reciperetur, & Fabricius vellet secū abire in Epirū, ipsi proximū à Rege locū concessurū: respondit ille, nequaquā id Regi suadendū esse, quia neminē fore Epirotarū, qui cognita Romana virtutis amabili specie, Pyrrhū regē ferre posset. Hac viri παῤῥησίᾳ mirifice delectatus Pyrrhus omnes captiuos Romanis sine precio reddidit: & cū legatis in vrbē ad q̄ populabūdus accesserat misit Cyneā: q aequissimas pacis cōditiones Rom. pponeret: vt nimirū pop. Rom. deinceps Pirrhū amicū & sociū haberet: vt Tarētini parerent: & vt Pyrrhus partē Italiae, q̄ hactenus armis occupauerat, retineret. Cyneas in vrbē intromissus, variis orationib. ac θελγήτροις conatus est Senatorum animos occupare: donis insuper magnificis tā virorū, q̄ mulierū animos tentauit: quae tamē ne quidem foemina voluerunt recipere. Vbique enim ex aedibus, ad quas deferebantur, responsum est: non patere donis Pyrrhi Romanas Ianuas, quandiu hostis haberetur: sed si publice nominaretur populi

Cyneas orator Pyrrhi, & legatus.

Pyrrhi munificentia.

Romani amicus: tunc quidem se liberalitatis & beneficentiæ studio libenter cum Rege certaturos. Parum autem abfuit, quin Patres oratione Cyneæ persuasi, oblatas conditiones recepissent: sed iam iam inclinantes ipsorum animos à pace reuocauit Appius Claudius Cæcus: qui illo tempore exhaustus ætate, & captus oculis, domi se continebat; & administratione publicorum negotiorum deposita viuebat priuatus. Is percepta fama, quæ de societate cum Pyrrho ineunda spargebatur, confestim curauit se deportari in Curiam. Quo cum peruenisset: Equidem (inquit) Patres

Appius Claudius Cæcus.

" *crebro hactenus deploraui infortunium meum, quod*
" *mihi cæcitatem attulit: sed nunc optarim me non*
" *modo oculorum, sed etiam aurium beneficio orbatum,*
" *& cæcum ac surdum viuere: ne cogerer audire voces,*
" *maiorum nostrorum gloria & nomine Romano indi-*
" *gnissimas. Vbi quæso nunc est antiqua fama nobilis,*
" *quæ pene vniuersum terrarum orbem compleuit: &*
" *quæ multis persuasit, vt certo crederent, si Asia per-*
" *domita in Europam Alexander arma intulisset, ne*
" *ipsum quidem à nobis inuictum recedere potuisse?*
" *Atqui iam non adest Alexander: sed satelles quidam*
" *regni Macedonici: quem non tam virtus, quam dome-*
" *sticorum hostium vexationes in hæc loca compulerũt.*
" *Verum agite, Pyrrhum, si Diis placet, in societatem*
" *vestram recipite, & ex hoste amicum facite: ne vos*
" *paulo post crebras incursiones internorum hostium*
" *experiemini: & quidem vestro merito. Hoc siqui-*
" *dem exemplo edocti intelligent, vinci atque in ordi-*
" *nem redigi posse Romanos, quos hactenus pro inuictis*

habue-

habuerunt; ac proinde nō desinent ante vos persequi, quam sedibus vestris vos eÿciant. Hic erit pacis vestræ fructus præcipuus: ne quid interim dicam de Tarentinis & Samnitibus: quos admodum delectabit tam præclarum vestrum facinus: quam illi quæso ridebūt, quam sibi gratulabuntur, & quam gaudebunt in sinu. Hac oratione Appius ille Cæcus ita commouit Senatum: vt Pyrrhi conditiones simpliciter reiiceret: & ei significari iuberet, Romanos eum pacem offerentem non prius audituros: quam vniuersa Italia decessisset: id nisi faceret, sensurum ipsum, Romanis neque vires, neque animum ad resistendum, etsi mille leninis essent cincti, deesse. Rediit igitur re infecta in castra Regis Cyneas: & de vrbe quid sibi videretur, interrogatus respondit: sibi quidem Senatum visum fuisse multorum Regum consessum: quia tales ibi omnes esse, qualis vnus Pyrrhus in Epiro & reliqua Græcia haberetur: se quoque valde metuere, ne Pyrrhus bellum continuando cum Lernea hydra habiturus sit negotium. Posthæc Pirrhus intelligens ad vrbem capiendam non sufficere præsentem potentiam; & Consulem insuper cum exercitu reparato subsequentem metuens, in agrum Tarentinum copias suas reducere cœpit. Denuo cum ipso pugnantibus in finibus Apuliæ COSS. Pu. Sulpitio, & P. Decio, P. Decÿ Iunioris filio: fuit illius prælÿ euentus ex vtraque parte grauis ac dubius: Quia Romanorum Consul Decius in acie cecidit: Sauciatus etiam est Fabricius: & Pyrrhus quoque transfixo brachio vulneratus è prælio cessit: ac vtrinque magna strages est edita. Ferunt

P. Sulpitius & P. Decius nepos Coss. cōtra Pirrhūmiss.

 Pyrrhum

Pyrrhũ, cum quidam ex ipsius ducibus dixisset, penes ipsum esse victoriam, exclamasse: O socij, si vno adhuc prælio Romanos vicerimus, peribimus. Sequente deinde anno præfectus est exercitui Romano Consul Fabricius cum collega Q. Æmilio. Accidit autem, vt Pyrrhi Medicus transfuga veniret in castra Fabricij: eique polliceretur, si præmium ipsi proposuisset, se, vt clã venisset ita clã etiã in Pyrrhi castra rediturũ, ac veneno eũ necaturũ: quẽ Fabricius ad Pyrrhũ reduci curauit. Hoc factum Fabricij à Senatu laudatum est: & ita certe Pyrrho placuit, vt non dubitauerit ipsum hoc præconio ornare: Hic est ille Fabricius, q̃ difficilius ab honestate, quam Sol à cursu suo dimoueri potest. Epistolæ, quam cum Medico ad Pyrrhum misit Fabricius, ab aliis aliter recitatur; inter quos Gellius lib. 3. c. 8 ex Claudio hæc verba habet.

Q. Æmilius & Fabricius Coss.

Nicias Pyrrhi Medicus transfuga.

Fabricij elogium.

COSS. ROMANI REGI PYRRHO S.D.

NOs pro tuis iniuriis continuo animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus; sed cõmunis exempli & fidei ergo visum est, vti te saluum volumus; vt esset quem armis possimus vincere. Ad nos venit Nicias familiaris tuus: qui sibi precium à nobis peteret si te clam interfecisset. Id nos negauimus velle, neue ob eam rem quicquam commodi expectaret: & simul visum est, vt te certiorem faceremus; ne quid eiusmodi, si accedisset, nostro consilio ciuitates putaret factum: & quod nobis non placet precio, aut præmio, aut dolis pugnare. Tu, nisi caues, iacebis.

Literę Cõsulum ad Pyrrhum.

Plutarchus paulo aliter mutatis verbis, ſed in eadem ſententia, epiſtolam recitat, quæ & ipſa poterit aſſignari.

C. FABRICIVS ET Q. ÆMILIVS
Rom. Coſſ. Pyrrho Regi S.D.

Neque amicorum, neque hoſtium felix cenſor videris ipſe. Cognoſces autem ex hac Epiſtola, quam ad te mittimus: te bellum gerere cum viris bonis & iuſtis: ſed credere hominibus improbis ac iniuſtis. Hæc tibi ſignificanda duximus: non tuæ ſalutis ſtudio: ſed ne tuus interitus labem aliquam Romanis aſpergat; vt qui dolis potius, quam virtute ſtudeant hoſtes ſuperare. ” ” ” ” ” ” ” ”

Reddidit etiam Pyrrhus Romanis denuo captiuos, quos in prælio ceperat: & quidem gratis: pro quo beneficio Romani etiam, ne ingrati viderentur, itidem ſine precio ſuos captiuos dimiſerunt. Animaduertẽs interim Pyrrhus, Romanorum potentiam quotidie creſcere: & caſtris vrbem veluti perennem fontem, vnde iuuentutem hauriant, ſubiectam eſſe: de ſuo propoſito non parum cœpit diffidere: & dũ animo volueret, quomodo deinceps rem eſſet aggreſſurus: forte venerunt Legati Siculi, nunciantes mortem Agathoclis Regis Syracuſani; & offerentes ei vniuerſæ Siciliæ imperium: modo inſulam ab incurſionibus & vexationibus Carthaginenſium vindicaret. Et ſi au- ”

ſi autem Tarentini maximopere eum rogabant, vt ſecum maneret, ne Romanis ſuccumberent: tamen ſpe potiundæ Siciliæ, filium quidem Alexandrum cum firmiſsimis præſidiis Tarentinis reliquit: ſed ipſe in Siciliam nauigauit. Cum aliquandiu felici rerum ſucceſſu fuiſſet vſus: tandem nimia tyrãnide abalienauit ſe à plurimis: & occaſionem præbuit defectioni: qua vrgente rediit in Italiam, M. Curio & Lentulo Coſs. De Pyrrho porro referunt cum ex Sicilia diſcederet: quod à tergo inſpexerit inſulam: & velut vaticinans de paulo poſt ſecuturis bellis Punicis exclamauerit: O ſocij, quantam palæſtram Romanis & Carthaginenſibus reliquimus. Cæterum dum adhuc in Inſula cõmoraretur: Fabritius graui prælio Samnites & Lucanos, Tarentinorum ſocios, fudit. Reuerſus autem Pirrhus in Italiam in agro Samnitum à M. Curio Dentato victus, & Italia cedere coactus eſt: cũ quidem ſex annos rebus Italicis & Siculis fuiſſet occupatus. Pyrrho profligato Tarentini acceperũt præſidium à Carthaginenſibus: ſed non ita diu poſt in Romanorum poteſtatem redacti, Romanis fere totius Italiæ dominium conceſſerunt.

M. Curius Dentatus Pyrrhum Italia profligat.

BELLVM PVNICVM PRIMVM

CVm Darius Alexandro, facienti impreſſionem in Aſiam, ingentem vim auri obtuliſſet: modo dimidiam tantum Aſiæ partem ſibi retinere liceret: reſpondit Alexander: Nec terram duos Soles, nec Aſiam duos Reges ferre poſſe. Quibus verbis oſtendit, veriſsimum eſſe, quod apud poëtam dicitur: Omniſq; poteſtas

testas impatiens consortii erit. Cuius rei illustrissimum exemplum proponit historia belli inter Romanos & Carthaginenses. Acquisiuerat iam validissimas vires Romanum regnum: & quanquam Romani nondum extra Italiam arma mouerant: tamen longe lateque dominabantur in Italia: Regione vt præstantissima, ita natura loci munitissima. Florebat eodem tempore in Affricano litore Carthago, condita (vt Appianus habet) XL. ante excidium Troiæ à Didone muliere è Tyro profecta: cuius maritum Pygmatiorum Tyrannus Tyrius interemerat. Vrbs autem Carthago, cum esset maritima, breui tempore, beneficio nauium, Emporiis & imperio creuit adeo: vt potentia cum Græcis, & opulentia cum Persis certare potuisset. Nec Africæ limitibus contenta, in potestatem suam redegit multa loca Siciliæ, Sardiniæ & Hispaniæ: & iam haud obscure imperium orbis terrarum affectare videbatur: ac etsi cum Romanis inde vsque à Regum tempore aliquoties pacta & fœdera percusserat: tamen illa, cum in bello Tarentino, tum antea quoque aliquoties violauit: donec ad extremũ Romani metuentes, ne si diutius conniuerent, cogerentur & ipsi aliquando Carthaginensium parere imperio: arrepta qualicunque occasione, crescenti quotidie ipsorum potentiæ resistere, & moto bello admodum periculoso & difficili eorum conatus reprimere cœperunt. Neque vero maius certamen Romanis cum vllo hoste fuit: quam cum Pœnis: quia siue ad diuturnitatem temporis, siue ad magnitudinem apparatuum, siue ad ipsa certamina & facinora, siue ade-

ad euentuum varietates & fortunam ancipitem, siue ad vtriusque ciuitatis vires ac robur, siue denique ad ipsius belli metam, quæ erat orbis terrarum imperium, respicias: nullum omnino bellum occurret, quod Romanis tantum negotij fecerit: atque bellum quod cum Pœnis gestum est. Etsi autem digna est historia, quæ integre legatur: tamen nos in hac Epitoma, omissis multis ambagibus, summa tantum rerum vestigia sequemur: ea solummodo perstringentes: quæ situ & cognitu maxima visa fuerint necessaria. Ac primum quidem causam, quæ occasionem præbuit Primo Bello Punico: quod motum anno Vrbis CCCC XIC. durauit annos XXIV. breuiter ex Polybio annotabimus. Prius tamen præmittemus breuissimam descriptionem Siciliæ; qua interdum opus erit in sequentibus narrationibus.

Siciliæ descriptio. Situs Promontoria. Vrbes Siciliæ.

Sicilia figura fere triquetra est: quia tria promontoria eam terminant: Pelorum scilicet ad Boream spectans, Lilybæum ad Meridiem & Africam; & Pachinum ad orientem vergens. In Occidentali latere ciuitates insigniores sunt Panormus & Drepanum: in Latere Meridionali Lilybæum distans à Carthagine ferme XXXII. milliaribus Germanicis, Heraclea & Agrigentum: In latere denique orientali eminent Syracusæ, Selinus, Messana, & Catina. Ciuitates mediterraneæ sunt Segøstha, vel Zygesta, & Hybla: vbi ambitus Insulæ, teste Posidonio, continet quatuor millia & quadraginta stadia id est CVII. milliaria Germanica.

Porro in Sicilia nobilis erat vrbs Messana: in quam

quam aliquando per amicitiam recepti Mamertini, qui sub Agathocle rege militabant, in vrbem fecerunt impetum: & ciuibus partim trucidatis, partim vrbe eiectis, ædes & bona ipsorum inter sese distribuerunt. Imitata est hoc flagitium & Romana quædam legio eo tempore, quo Pyrrhus in Italiam suas copias traiecit, quia cum vrbi, præsidij causa, legio esset imposita; interfectis per scelus ciuitatis principibus, vrbem opulentam occupauit, ac per decem annos tenuit donec confecto bello Pyrrhico Romanorum exercitus eam oppressit, & Romam adduxit: vbi tota legio, quæ tamen quatuor millibus hominum constabat, securi percussa est: & Rheginis vrbs & agri restituti sunt. Occasio primi belli punici.

Iuuerat autem aliquoties Mamertinos Romana illa legio cum adhuc Rhegium teneret: qua deleta, Mamertini destituti eius auxilio, vtpote à rege Syracusano Hierone graui prælio victi animis fere cecidissent; cœperunt de aliena ope dispicere.

Ac aliis quidem placuit, vt Carthaginensibus & aliis: vt Romanis vrbs Messana dederetur: ac proinde distractis animis multi fuerunt qui Carthaginenses accerserent & illis arcẽ tenderent fuerũt: etiã nõ pauci, qui missis ad Romanos legatis, ciuitatem & præsidia illis deferrent.

Hoc fuit belli luctuosissimi initium: quia etsi ROMANI initio dubitabant, an honeste ferre possent auxilium eo scelere pollutis: propter quod ipsi paulo ante satis duriter in suam le-

suam legionem animaduerterant: Tamen ad extremum decreuerunt Mamertinis subsidium: moti nimirum magnitudine periculi; quod ipsis imminere videbatur, si Carthaginenses, qui non paucas vrbes in Sicilia tenebant, etiam Messana Italiæ vicina potiti, ferme totius Siciliæ possessionem acquirerent: & ita pontem quendam constituerent, per quem pro libidine in Italiam transire possent.

Annus I. Belli punici Primi. App. Claudius Caudex

Missus est ergo Messanam cum exercitu Consul Appius Claudius cognomento Caudex: sed ante eius aduentum Carthaginenses præsidium non firmissimũ in vrbẽ imposuerant: quod tamen à Mamertinis mox, postquam de Appij aduentu certiores facti sunt, partim terrore, partim dolo est eiectum: & in eam intromissus Appius. Hoc ægre ferentes Carthaginenses, repente coactis maximis copiis, non tam Mamertinis, quam Romanis, terra & mari obsidionem parabant: Quin etiam Carthaginensium partes iuuabat rex Hieron: qui victus à Romano Consule, & vna cum Pœnis in fugam conuersus in vrbem Regiam Syracusas se recepit. Subsecuti sunt confestim Romani: & non modo agros Syracusanorum & eorum qui ipsis erant socij, longe lateq; ferro & igne vastabant: sed etiam ipsas Syracusas obsidione cingebant.

Hierõ rex Siciliæ.

Annus II. M. Valer. Max. & M. Crassus Messala Coss.

Sequente anno ambo Coss. M. Valerius Maximus & M. Otacilius Crassus Messala cum maximis copiis in Siciliam ad continuandam obsidionem Syracusanam missi sunt: quorum aduentu pleræq; ciuitates Siculæ, quæ hactenus vel Carthaginensium vel Hieronis imperio paruerant, ad Romanos defecerunt.

Hieron

Hieron quoque per legatos de pace & amicitia cum consul.bus egit: & eam facile impetrauit: quod Romani metuebant, ne, si Regem diutius hostem haberent in Insula tandem destituerētur necessariis commeatibis: quos videbantur interclusuri Carthaginenses, qui vndique maria tenebant. Hoc igitur anno Rex & Syracusani, certis conditionibus propositis, in amicitiam & societatem Romanorum sunt receptii quod animaduertentes Carthaginenses, cum validiori ad resistendum potentia esse opus intelligerent: ex Liguria, Gallia, & Hispania milites conscripserunt: quibus in Siciliam traductis: veluti arcem belli, qua aduersus Romanos commode vti possent, constituerūt vrbem Agrigentum: quod eam in latere Meridionali sitam, & natura loci munitissimam, & ad omnem belli apparatum opportunam esse cernebant. Itaque eam copiis militaribus & omnis generis commeatibus abundantissime instruxerunt: Sed Consules Romani, fœdere cum Hierone facto, è prouincia discesserunt.

Successerunt his L. Posthumus & Q. Æmilius: qui simul atque in Siciliam venerunt, cum omnibus copiis Agrigentum inuadunt: & non procul ab vrbe castrametati, hostem obsident. Cumque durasset obsidio quinque menses, & Pœni iam fame premerentur: dux eorum Hannibal intempesta nocte per medias hostium excubias, quæ fiebant neglientius, cum suis omnibus incolumis euasit. Romani igitur sub primam lucem, re intellecta, cum omni exercitu intra mœnia irruentes, vrbem locupletissimam diripiunt: qui euē-

Annus III. L. Posthumus & Q. Æmilius Agrigentū expugnāt.

Romani amicus: tunc quidem se liberalitatis & beneficentiæ studio libenter cum Rege certaturos. Parum autem abfuit, quin Patres oratione Cyneæ persuasi, oblatas conditiones recepissent: sed iam iam inclinantes ipsorum animos à pace reuocauit Appius Claudius Cæcus: qui illo tempore exhaustus ætate, & captus oculis, domi se continebat: & administratione publicorum negotiorum deposita viuebat priuatus. Is percepta fama, quæ de societate cum Pyrrho ineunda spargebatur, confestim curauit se deportari in Curiam. Quo cum peruenisset: Equidem (inquit) Patres " crebro hactenus deploraui infortunium meum, quod " mihi cæcitatem attulit: sed nunc optarim me non " modo oculorum, sed etiam aurium beneficio orbatum, " & cæcum ac surdum viuere: ne cogerer audire voces, " maiorum nostrorum gloria & nomine Romano indi- " gnissimas. Vbi quæso nunc est antiqua fama nobilis, " quæ pene vniuersum terrarum orbem compleuit: & " quæ multis persuasit, vt certo crederent, si Asia per- " domita in Europam Alexander arma intulisset, ne " ipsum quidem à nobis inuictum recedere potuisse? " Atqui iam non adest Alexander: sed satelles quidam " regni Macedonici: quem non tam virtus, quam dome- " sticorum hostium vexationes in hæc loca compulerũt. " Verum agite, Pyrrhum, si Diis placet, in societatem " vestram recipite; & ex hoste amicum facite: ne vos " paulo post crebras incursiones internorum hostium " experiemini: & quidem vestro merito. Hoc siqui- " dem exemplo edocti intelligent, vinci atque in ordi- " nem redigi posse Romanos, quos hactenus pro inuictis habue-

Appius Claudius Cæcus.

habuerunt; ac proinde nō desinent ante vos persequi, quam sedibus vestris vos eijciant. Hic erit pacis vestræ fructus præcipuus: ne quid interim dicam de Tarentinis & Samnitibus: quos admodum delectabit tam præclarum vestrum facinus: quam illi quæso ridebūt, quam sibi gratulabuntur, & quam gaudebunt in sinu. Hac oratione Appius ille Cæcus ita commouit Senatum: vt Pyrrhi conditiones simpliciter reiiceret: & ei significari iuberet, Romanos eum pacem offerentem non prius audituros: quam vniuersa Italia decessisset: id nisi faceret, sensurum ipsum, Romanis neque vires, neque animum ad resistendum, etsi mille leninis essent cincti, deesse. Rediit igitur re infecta in castra Regis Cyneas: & de vrbe quid sibi videretur, interrogatus respondit: sibi quidem Senatum visum fuisse multorum Regum consessum: quia tales ibi omines esse, qualis vnus Pyrrhus in Epiro & reliqua Græcia haberetur: se quoque valde metuere, ne Pyrrhus bellum continuando cum Lernea hydra habiturus sit negotium. Posthæc Pirrhus intelligens ad vrbem capiendam non sufficere præsentem potentiam; & Consulem insuper cum exercitu reparato subsequentem metuens, in agrum Tarentinum copias suas reducere cœpit. Denuo cum ipso pugnantibus in finibus Apuliæ COSS. Pu. Sulpitio, & P. Decio, P. Decij Iunioris filio: fuit illius prælij euentus ex vtraque parte grauis ac dubius: Quia Romanorum Consul Decius in acie cecidit: Sauciatus etiam est Fabricius: & Pyrrhus quoque transfixo brachio vulneratus è prælio cessit: ac vtrinque magna strages est edita. Ferunt

P. Sulpitius & P. Decius nepos Coss. cōtra Pirrhū missi.

Pyrrhū, cum quidam ex ipsius ducibus dixisset, penes ipsum esse victoriam, exclamasse: O socij, si vno adhuc prælio Romanos vicerimus, peribimus. Sequente deinde anno præfectus est exercitui Romano Consul Fabricius cum collega Q. Æmilio. Accidit autem, vt Pyrrhi Medicus transfuga veniret in castra Fabricij: eique polliceretur, si præmium ipsi proposuisset, se, vt clā venisset ita clā etiā in Pyrrhi castra rediturū, ac veneno eū necaturū: quē Fabricius ad Pyrrhū reduci curauit. Hoc factum Fabricij à Senatu laudatum est: & ita certe Pyrrho placuit, vt non dubitauerit ipsum hoc præconio ornare: Hic est ille Fabricius, q̄ difficilius " ab honestate, quam Sol à cursu suo dimoueri potest. " Epistolæ, quam cum Medico ad Pyrrhum misit Fabri- " cius, ab aliis aliter recitatur; inter quos Gellius lib. 3. c. 8 ex Claudio hæc verba habet.

Q. Æmilius & Fabricius Coss.

Nicias Pyrrhi Medicus transfuga.

Fabricij elogium.

COSS. ROMANI REGI PYRRHO S.D.

NOs pro tuis iniuriis continuo animo strenui, commoti inimiciter, tecum bellare studemus; sed cōmunis exempli & fidei ergo visum est, vti te saluum volumus; vt esset quem armis poßimus vincere. Ad nos venit Nicias familiaris tuus: qui sibi precium " à nobis peteret si te clam interfecisset. Id nos negaui- " mus velle, neue ob eam rem quicquam commodi ex- " spectaret: & simul visum est, vt te certiorem facere- " mus; ne quid eiusmodi, si accedisset, nostro consilio ci- " uitates putaret factum: & quod nobis non placet pre- " cio, aut præmio, aut dolis pugnare. Tu, nisi caues, iacebis.

Literę Cōsulum ad Pyrrhum.

Plutar-

Plutarchus paulo aliter mutatis verbis, ſed in eadem ſententia, epiſtolam recitat, quæ & ipſa poterit aſſignari.

C. FABRICIVS ET Q. ÆMILIVS
Rom. Coſſ. Pyrrho Regi S.D.

NEque amicorum, neque hoſtium felix cenſor videris ipſe. Cognoſces autem ex hac Epiſtola, quam ad te mittimus: te bellum gerere cum viris bonis & iuſtis: ſed credere hominibus improbis ac iniuſtis. Hæc tibi ſignificanda duximus: non tuæ ſalutis ſtudio: ſed ne tuus interitus labem aliquam Romanis aſpergat: vt qui dolo potius, quam virtute ſtudeant hoſtes ſuperare.

Reddidit etiam Pyrrhus Romanis denuo captiuos, quos in prælio ceperat: & quidem gratis: pro quo beneficio Romani etiam, ne ingrati viderentur, itidem ſine precio ſuos captiuos dimiſerunt. Animaduertẽs interim Pyrrhus, Romanorum potentiam quotidie creſcere: & caſtris vrbem veluti perennem fontem, vnde iuuentutem hauriant, ſubiectam eſſe: de ſuo propoſito non parum cœpit diffidere: & dũ animo volueret, quomodo deinceps rem eſſet aggreſſurus: forte venerunt Legati Siculi, nunciantes mortem Agathoclis Regis Syracuſani; & offerentes ei vniuerſæ Siciliæ imperium: modo inſulam ab incurſionibus & vexationibus Carthaginenſium vindicaret. Etſi au-

ſi autem Tarentini maximopere eum rogabant, vt ſecum maneret, ne Romanis ſuccumberent: tamen ſpe potiundæ Siciliæ, filium quidem Alexandrum cum firmiſſimis præſidiis Tarentinis reliquit: ſed ipſe in Siciliam nauigauit. Cum aliquandiu felici rerum ſucceſſu fuiſſet vſus: tandem nimia tyrãnide abalienauit ſe à plurimis: & occaſionem præbuit defectioni: qua vrgente rediit in Italiam, M. Curio & Lentulo Coſſ. De Pyrrho porro referunt cum ex Sicilia diſcederet: quod à tergo inſpexerit inſulam: & velut vaticinans de paulo poſt ſecuturis bellis Punicis exclamauerit: O ſocij, quantam palæſtram Romanis & Carthaginenſibus relinquimus. Cæterum dum adhuc in Inſula cõmoraretur: Fabritius graui prælio Samnites & Lucanos, Tarentinorum ſocios, fudit. Reuerſus autem Pirrhus in Italiam in agro Samnitum à M. Curio Dentato victus, & Italia cedere coactus eſt: cũ quidem ſex annos rebus Italicis & Siculis fuiſſet occupatus. Pyrrho profligato Tarentini acceperũt præſidium à Carthaginenſibus: ſed non ita diu poſt in Romanorum poteſtatem redacti, Romanis fere totius Italiæ dominium conceſſerunt.

M. Curius Dentatus Pyrrhum Italia profligat.

BELLVM PVNICVM PRIMVM

CVm Darius Alexandro, facienti impreſſionem in Aſiam, ingentem vim auri obtuliſſet: modo dimidiam tantum Aſiæ partem ſibi retinere liceret: reſpondit Alexander: Nec terram duos Soles, nec Aſiam duos Reges ferre poſſe. Quibus verbis oſtendit, veriſſimum eſſe, quod apud poëtam dicitur: Omniſq; poteſtas

testas impatiens consortis erit. Cuius rei illustrissimum exemplum proponit historia belli inter Romanos & Carthaginenses. Acquisiuerat iam validissimas vires Romanum regnum: & quanquam Romani nondum extra Italiam arma mouerant: tamen longe lateque dominabantur in Italia: Regione vt præstantissima, ita natura loci munitissima. Florebat eodem tempore in Affricano litore Carthago, condita (vt Appianus habet) XL. ante excidium Troiæ à Didone muliere è Tyro profecta: cuius maritum Pygmatiorum Tyrannus Tyrius interemerat. Vrbs autem Carthago, cum esset maritima, breui tempore, beneficio nauium, Emporiis & imperio creuit adeo: vt potentia cum Græcis, & opulentia cum Persis certare potuisset. Nec Africæ limitibus contenta, in potestatem suam redegit multa loca Siciliæ, Sardiniæ & Hispaniæ: & iam haud obscure imperium orbis terrarum affectare videbatur: at etsi cum Romanis inde vsque à Regum tempore aliquoties pacta & fœdera percusserat: tamen illa, cum in bello Tarentino, tum antea quoque aliquoties violauit: donec ad extremũ Romani metuentes, ne si diutius conniuerent, cogerentur & ipsi aliquando Carthaginensium parere imperio: arrepta qualicunque occasione, crescenti quotidie ipsorum potentiæ resistere, & moto bello admodum periculoso & difficili eorum conatus reprimere cœperunt. Neque vero maius certamen Romanis cum vllo hoste fuit: quam cum Pœnis: quia siue ad diuturnitatem temporis, siue ad magnitudinem apparatuum, siue ad ipsa certamina & facinora, siue

ad euentuum varietates & fortunam ancipitem, siue ad vtriusque ciuitatis vires ac robur, siue denique ad ipsius belli metam, quæ erat orbis terrarum imperium, respicias: nullum omnino bellum occurret, quod Romanis tantum negotij fecerit: atque bellum quod cum Pœnis gestum est. Etsi autem digna est historia, quæ integre legatur: tamen nos in hac Epitoma, omissis multis ambagibus, summa tantum rerum vestigia sequemur: ea solummodo perstringentes: quæ scitu & cognitu maxima visa fuerint necessaria. Ac primum quidem causam, quæ occasionem præbuit Primo Bello Punico: quod motum anno Vrbis CCCC XIC. durauit annos XXIV. breuiter ex Polybio annotabimus. Prius tamen præmittemus breuissimam descriptionem Siciliæ; quæ interdum opus erit in sequentibus narrationibus.

Siciliæ descriptio. Situs Promontoria. Vrbes Siciliæ.

Sicilia figura fere triquetra est: quia tria promontoria eam terminant: Pelorum scilicet ad Boream spectans, Lilybeum ad Meridiem & Africam, & Pachinum ad orientem vergens. In Occidentali latere ciuitates insigniores sunt Panormus & Drepanum: in Latere Meridionali Lilybæum distans à Carthagine ferme XXXII. milliaribus Germanicis, Heraclea & Agrigentum: In latere denique orientali eminent Syracusæ, Selinus, Messana, & Catina. Ciuitates mediterraneæ sunt Segostha, vel Zygesta, & Hybla: vbi ambitus Insulæ, teste Posidonio, continet quatuor millia & quadraginta stadia id est CVII. milliaria Germanica.

Porro in Sicilia nobilis erat vrbs Messana: in quam

quam aliquando per amicitiam recepti Mamertini, qui sub Agathocle rege militabant, in vrbem fecerunt impetum: & ciuibus partim trucidatis, partim vrbe eiectis, ædes & bona ipsorum inter sese distribuerunt. Imitata est hoc flagitium & Romana quædam legio eo tempore, quo Pyrrhus in Italiam suas copias traiecit, quia cum vrbi, præsidij causa, legio esset imposita; interfectis per scelus ciuitatis principibus, vrbem opulentam occupauit, ac per decem annos tenuit donec confecto bello Pyrrhico Romanorum exercitus eam oppressit, & Romam adduxit: vbi tota legio, quæ tamen quatuor millibus hominum constabat, securi percussa est: & Rheginis vrbs & agri restituti sunt. Occasio primi belli punici.

Iuuerat autem aliquoties Mamertinos Romana illa legio cum adhuc Rhegium teneret: qua deleta, Mamertini destituti eius auxilio, vtpote à rege Syracusano Hierone graui prælio victi animis fere cecidissent; cœperunt de aliena ope dispicere.

Ac aliis quidem placuit, vt Carthaginensibus & aliis: vt Romanis vrbs Messana dederetur: ac proinde distractis animis multi fuerunt qui Carthaginenses accerserent & illis arcē tenderent fuerūt: etiā nō pauci, qui missis ad Romanos legatis, ciuitatem & præsidia illis deferrent.

Hoc fuit belli luctuosissimi initium: quia etsi ROMANI initio dubitabant, an honeste ferre possent auxilium eo scelere pollutis: propter quod ipsi paulo ante satis duriter in suam le-

suam legionem animaduerterant: Tamen ad extremum decreuerunt Mamertinis subsidium: moti nimirum magnitudine periculi; quod ipsis imminere videbatur, si Carthaginenses, qui non paucas vrbes in Sicilia tenebant, etiam Messana Italiæ vicina potiti, ferme totius Siciliæ possessionem acquirerent: & ita pontem quendam constituerent, per quem pro libidine in Italiam transire possent.

Annus I. Belli punici Primi. App. Claudius Caudex

Missus est ergo Messanam cum exercitu Consul Appius Claudius cognomento Caudex: sed ante eius aduentum Carthaginenses præsidium non firmissimũ in vrbẽ imposuerant: quod tamen à Mamertinis mox, postquam de Appij aduentu certiores facti sunt, partim terrore, partim dolo est eiectum: & in eam intromissus Appius. Hoc ægre ferentes Carthaginenses, repente coactis maximis copiis, non tam Mamertinis, quam Romanis, terra & mari obsidionem parabant: Quin etiam Carthaginensium partes iuuabat rex Hieron: qui victus à Romano Consule, & vna cum Pœnis in fugam conuersus in vrbem Regiam Syracusas se recepit. Subsecuti sunt confestim Romani: & non modo agros Syracusanorum & eorum qui ipsis erant socij, longe lateq; ferro & igne vastabant: sed etiam ipsas Syracusas obsidione cingebant.

Hierõ rex Siciliæ.

Annus II. M. Valer. Max & M. Crassus Messala Coss.

Sequente anno ambo Coss. M. Valerius Maximus & M. Otacilius Crassus Messala cum maximis copiis in Siciliam ad continuandam obsidionem Syracusanam missi sunt: quorum aduentu pleraq; ciuitates Siculæ, quæ hactenus vel Carthaginensium vel Hieronis imperio paruerant, ad Romanos defecerunt.

Hieron

Hieron quoque per legatos de pace & amicitia cum consulibus egit: & eam facile impetrauit: quod Romani metuebant, ne, si Regem diutius hostem haberent in Insula tandem destituerētur necessariis commeatibis: quos videbantur intercluſuri Carthaginenses, qui vndique maria tenebant. Hoc igitur anno Rex & Syracusani, certis conditionibus propositis, in amicitiam & societatem Romanorum sunt recepti: quod animaduertentes Carthaginenses, cum validiori ad resistendum potentia esse opus intelligerent: ex Liguria, Gallia, & Hispania milites conscripserunt: quibus in Siciliam traductis: veluti arcem belli, qua aduersus Romanos commode vti possent, constituerūt vrbem Agrigentum: quod eam in latere Meridionali sitam, & natura loci munitißimam, & ad omnem belli apparatum opportunam esse cernebant. Itaque eam copiis militaribus & omnis generis commeatibus abundantißime instruxerunt: Sed Consules Romani, fœdere cum Hierone facto, è prouincia discesserunt.

Successerunt his L. Posthumus & Q. Æmilius: qui simulatque in Siciliam venerunt, cum omnibus copiis Agrigentum inuadunt: & non procul ab vrbe castrametati, hostem obsident. Cumque durasset obsidio quinque menses, & Pœni iam fame premerentur: dux eorum Hannibal intempesta nocte per medias hostium excubias, quæ fiebant neglientius, cum suis omnibus incolumis euasit. Romani igitur sub primam lucem, re intellecta, cum omni exercitu intra mœnia irruentes, vrbem locupletißimam diripiunt: qui euē- Annus III. L. Posthumus & Q. Æmilius Agrigentū expugnāt.

E tus,

tus, cum Romæ esset nunciatus, non parum corfirmauit spem potiundi tota Sicilia, & expellendi Pœnos: qui pedestribus copiis longe tunc erant inferiores.

Annus IV. T. Otacilius L. Valerius Coss. Prima classis Romana.

Expugnato Agrigento, T. Otacilius & L. Valerius Coss. magno delectu militum habito in Siciliam mittuntur: qui primi Romanum militem nauigiis assuefecerunt: quia hactenus Romani ne quidem lembo vsi fuerant: sed Neapolitanorum, Tarentinorum & Locrensium nauigiis copias suas transportauerant in Siciliam. Videntes igitur Consules, quod Carthaginenses, qui principatum maris velut hæreditario iure à maioribus acceptum tenebant, in naualem expeditionem essent intenti: cuius beneficio vrbes maximas Siciliæ non paucas occupabant: & crebris incursionibus, à quibus Africa tuta erat, Italiam vexabant: intelligebant & sibi classe opus esse, si modo bellum conficiendum esset. Classem itaque CXX. nauium ædificari curant: quæ dum parabatur, multitudo omnis ad remigationem hoc modo assuefiebat: subselliis in arena per ordinem dispositis, remiges insidentes, ad vocem præcipientis, qui in medio eorum erat, omnes vna protendere brachia ac reducere, remosque per arenam mouere pariter docebantur: ad ipsius vocem simul omnes incipiebant, & simul desinebant. Hoc modo artem nauigandi edocti, cum antea rerum maritimarum prorsus ignari fuissent: & perfectis interea nauibus mare ingressi: post paucos dies verum in vndis periculum fecerunt.

Annus V. Cn. Corn. Scipio. C. Duillius.

ANNO Quinto Coss. creati sunt Cn. Cornelius Scipio & C. Duillius: quorum ille cum septendecim

decim nauibus Messanam petijt, & reliquas iuxta Italiæ oram suo collegæ reliquit: qui Liparam inde nauigare cœpit: vbi noctu à classe Punica in portum inclusus, & insidiose circumuentus: cum nesciret quid consilij caperet: hostibus sese dedit: à quibus (vt Eutropius refert) in vinculis est necatus. At Consul Duillius aduersus classem Pœnorum, quæ Romanorum reliquias prope littus Italiæ nauigantes petebat, prospere pugnauit: & primus omnium Romanorum ducum naualis victoriæ duxit triumphũ: ob quam causam ei perpetuus hic honos habitus est: vt reuertenti ad cœnam tibicines canerent, & funale præferretur. Prima victoria Rom. naualis.

Anno proximo à Romanis nihil omnino memoria dignum gestum esse ait Polybius: quod de Sicilia accipiatur. Interim tamen Romanos duce L. Scipione Cos. qui iam etiam mari vti didicissent, totis viribus Sardiniam & Corsicam vicinas insulas inuasisse: & magnas etiam res contra Pœnos gessisse Florus & Eutropius narrant. Annus VI. L. Scipio Cos. Ann. VII. C. Suplitius de Sardis triumphat.

Creati deinde Coss. Cn. Sulpitius: & A. Attilius Panormum mittuntur: vbi per id tempus erant copiæ Carthaginensium. Etsi autẽ instructa acie prouocarunt Pœnos ad pugnam: tamen, cum illi mœnibus inclusi nullam pugnandi copiam facerent: relicta vrbe Panormo, Hippanam & alia Siciliæ oppida, quæ sub Carthaginensium imperio erant, ceperunt. Annus IIX. Triũphus naualis Atilii Reguli.

ANNO sequente A Atilius Regulus & Cn. Cornelius Blæsus Coss. victis acri prælio nauali Pœnis, in A-

in Africam traijciunt : & agrum Carthaginensem ferro ac igne vastant. Nec diu in Africa fuerant commorati: cum nuncij Romani venientes nomine Senatus mandant vt è duobus Consulibus vnus in Africa cum necessariis copiis maneat : & alter nescio qua de causa Romam cum classe reuertatur. Mansit igitur in Africa Regulus: cui initia erant satis prospera: quia eo redigebantur Carthaginenses: quos præter aliquot clades terra & mari à Romanis acceptas. Numidarum etiam multitudo, spe prædæ satis duriter aliquãdiu exercuerat: vt, vrbi ac mœnibus sese includerent. Quanquam vero Regulus, qui iam (vt est apud Appianum) vltra CC. vrbes in ditionem acceperat, non dubitabat, vrbem, si obsidione cingeretur, tandem sese dedituram: tamen, siue moræ, quam successurus Consul nectebat, impatiens; siue veritus, ne nouus Consul, qui propediem ipsi erat successurus, rerum gestarum gloriam sibi præriperet, de fœdere cum Carthaginensibus agere cœpit. Eã rem Carthaginenses lætissimo quidem animo acceperunt, sed cum Consul prospero successu insolens, iniquissimas conditiones ipsis proponeret: sperans nimirum, eos, quicquid offerret, loco beneficij accepturos esse: decreuerunt vnanimi consensu: se malle extrema adire, quàm eiusmodi conditionibus pacem facere. Redierat forte ea tempestate Carthaginem quidam ex iis, qui ad cõducendos mercenarios milites missi in Græciam à Carthaginensibus fuerant: qui adduxerat secum magnum militum numerum: inter quos fuit & Xantippus Lacon rei militaris peritissimus. Qui vt cognouit Carthagiensium

sium

sium conflictum; & quemadmodum, quo etiam loco aut tempore singulas classes accepissent: cognito demum eorum apparatu, ad amicos dixit: Carthaginenses non tam à Romanis, quam à semet ipsis vinci, ob ducum suorum imperitiam. Ea voce per vrbem sparsa, vocatus est ad Senatum: & ibi, cum causas sui sermonis exposuisset, omnis bellicæ rei summa in eius manibus est posita. Ab hoc Xantippo Regulus Consul fusus quidem & captus est, sed tamen hæc felicitas Xantippo non profuit, sed potius fuit exitio: quia Carthaginēses (vt Appianus annotat) metuentes, ne tanti facinoris gloriam peregrinus dux sibi arrogaret: publice quidem illum ornauerunt multis magnificis donis: sed cum eum dimitterent, clam mandauerunt nautis: vt inter nauigandum ipsum in mare deijcerent: vt sic victor ille mari submersus perierit. Xãtippi Laconis victoria de Regulo.

Anno huius belli Nono nihil memorabile gestum est; nisi quod vrbs Aspis in Africa sita, quo profligati Romani exercitus reliquiæ sese cōtulerāt, à Carthaginensibus quidem obsessa; sed tamen à Romanis fortiter defensa est: & quod tam Carthaginenses, quam Romani, omni studio, cum ad parandas nouas, tum etiam ad reficiendas veteres naues incubuerunt. Anno IX.

Anno igitur sequente Romani Coss. M. Æmilius Paulus & Ser. Fuluius principio veris cum classe CCCL. nauium traiecerunt in Africam; & in portu quodam Carthaginensium feliciter cum hostibus cōcurrentes, circiter CXIV. eorum naues ceperunt. Deinde profecti ad vrbem Aspidem: cum Romanā iuuentutem ad sese recepissent: nauigauerunt in Siciliam: Anno X. M. Æmil. Paulus.

Calamitas classis Romana Camerina.

liam: vbi non procul ab vrbe Camerina in tantam inciderunt tempestatem: vt ex CCCCLXIV. nauibus, vix LXXX. eluctatæ fuerint ac reliquæ omnes aut vndis submersæ, aut scopulis allisæ, vniuersum littus tabulis fractis & cadaueribus compleuerint. Carthaginenses, cognitis iis, quæ Romani Classi acciderant: cum & Attilij & Reguli casu, & sæua tempestatis iniuria Romanorum vires terra & mari plurimum diminutas esse sperarent: maiori iam studio parabant pedestres simul ac maritimas copias. Quin etiam Asdrubalem cum omni veterano exercitu, cum nouis etiam militibus & cum plurimis elephantis in Siciliam mittunt: vt Romanorum socios in insula inuestarent: ad extremum etiam classem ex veteribus & nouis CC. nauium prostratis efficiunt.

Romani etsi calamitas ex naufragio accepta omnium perturbarat animos, ne viderentur Carthaginensibus cedere, nouam CCXX. nauium classem maxima celeritate ædificari curant.

Annus XI.

Cum hac classe A. Atilius & Cn. Cornelius Scipio Coss. iussi Siciliam petere, traiecto freto, Messanam venerunt: vbi acceptis, quæ ex naufragio superfuerant, nauibus totam simul classem CCC. nauium fecerunt.

Panormi expugnatio.

Hinc Panormum profecti, quæ præcipua Carthaginensium ciuitas erat in Sicilia: vrbem admotis machinis tandem ceperunt, & firmauerunt impositis præsidiis.

Inde Cn. Seruilius Cæpio & C. Sempronius Coss. creati:

creati: accepta classe in Siciliam traijciunt: mox inde in Africam profecti, quasdam prouincias Carthaginensium vastant: nihil tamen memoratu dignum faciente. Sed cũ inde rursus in Siciliã, & ex Sicilia in Italiam nauigarent: tanta repente est coorta tempestas: vt supra CL. naues ex Romanorum classe naufragio perirent. Tantis calamitatibus acceptis, populus Romanus, etsi honorem & maiestatem imperij sui cæteris rebus anteponendam existimaret, miseriarum magnitudine superatus, mari omnino abstinendum esse duxerunt.

Annus XII C. Seruilius Cæpio & C. Sempronius Coss.

Altera calamitas naualis.

Hanc ob causam sequente anno, induciis quasi cum hoste factis, omnino quieuit: vt proinde Polybius ne vno quidem verbo huius anni mentionem faciat. Paratis itaque pedestribus duntaxat copiis L. Cæcilius Metellus & C. Furius Coss. in Siciliam cum omni exercitu mittuntur. Sed cum compertum esset Romanis, vi & impetu elephantorum aliquoties suam aciem deiectam, & perturbatis ordinibus maximam stragem editam fuisse: non ausi fuerunt cum hoste, aperto Marte congredi, aut in planicie castra ponere; sed collium præsidio sese vtcunque tutati sunt. Metellum tamen, cum alter Consul Romam esset reuersus, in vrbe Panormo obsessum, singulari prudentia elephantos repressisse: vt retrocedentes hostium aciem turbarent: ac ita in turbatos ordines impetum fecisse: & multis profligatis victoriam esse consecutum, refert Polybius: cui astipulatur Plinius lib. 8. cap. 6.

Annus XIII.

Annus XIV. L. Cæcil. Metellus.

Anno huius belli XV. C. Atilius Regulus & L. Mãlius,

Ann. XV.

classe denique parata, vrbem Siciliæ Lilybæum, qua plurimum Carthaginenses confidebant, obsederunt: quod ea vrbe expugnata facile sperabant se totam Siciliam occupare, & bellum in Africam transferre posse. Verum Carthaginenses ijsdem plane rationibus moti, omni studio Lilybæum tutati sunt: haud ignari, quod eâ amissâ, nihil ipsis in Sicilia foret reliquum: siquidem, præter Drepanum & Lilybæum, reliqua fere omnis Insula sub ditione Romanorum erat: vt proinde aspera admodum hæc obsidio esset, & in annum sequentem extraheretur. Cæterum hoc anno Romam fuit missus M. Attilius Regulus: vt ibi de pace, et si eam non impetraret deque nobilibus Pœnis captiuis commutandis ageret: qui antequam abiret, iureiurando promisit, se Carthaginem, si nihil impetraret, esse rediturum. Cum autem venisset Romam, & Senatui mandata exposuisset: iussus vt Senator assideret, & sententiam diceret, id quidem facere recusauit: negans se Senatorem esse, quandiu hostium iureiurando teneretur: sed tamẽ graui oratione Senatum hortatus est: ne vel in pacem consentiret, vel captiuos redderet, Pœnos enim iam fractos tot casibus, & belli diuturnitate pene exhaustos esse: captiuos vero adolescentes esse & bonos duces: & se iam senio confectum tanti non esse faciendum: vt tot millia captiuorum sua causa redderentur. Refert etiam Gellius, eum, vt maiorem assensum mereretur, inter cætera etiam hoc addidisse: sibi Carthagini abeunti venenum esse datum, non quidem præsentaneum, sed eiusmodi, quod mortem in diem proferret: vt nimirum viueret tantis-

M. Atilius Regulus.

tantisper, quoad fieret captiuorum permutatio: sed post graßãte sensim veneno exstingueretur. Valuit tunc reguli auctoritas: ac proinde pax negata, & captiui retenti sunt: & ipse, etiamsi à propinquis & amicis retineretur, ad exquisita supplicia redire maluit: quam fidem hosti datam fallere. Nam Eutropius lib. 2. narrat, eum resectis palpebris, intolerabili cruciatu, dolore, ac vigiliis, illigatum in machina, vt staret, & semper radios Solis intueretur, fuisse enecatum. Marcus apud Silium lib. 6. totam historiam regali narratu refert, quod in scapham ligneam fuerit inclusus plenam infixis acutißimis stimulis: vt si defessus inclinare ad alterutrum latus vellet, eorum acie à quiete excuteretur.

Præfixo paribus ligno mucronibus vngues
 Armantur laterum crates; densusque per artem
Texitur erecti stantisque ex ordine ferri.
 Infelix stimulus: somnisque hac fraude negatis
Quoscunque inflexus producto tempore tortor
 Inclinauit iners: fodiunt ad viscera corpus.

Anno sequente P. Claudius Pulcer Consul: cum accepisset exercitum ad Lilybaum: subito in animum induxit aliquam partem militum nauibus impositam Drepanum ducere; & Adherbalem, qui ibi erat, opprimere. Sed Adherbal Romana classi occurrens, Claudium Cos. accerrimo prælio fudit: eique (vt Polybius refert) circiter XCIII. naues eripuit. Consul hic Romam reuocatus, cum summa ignominia Consulatu sese abdicare passus est; quod non solum imprudenter & temerarie, sed etiam impie fecisset, negligens

Annus XVI.

P. Claudius Pulcer Cos.

Romanorũ ingens clades ad Trepani portum

auspicia: quia narrant, cum prælium nauale committere vellet: & auspicia consuluisset ac pullarius pullos cauea exire velle negaret: eum iussisse, vt in mare abiicerentur: quo possent bibere, quoniam esse non vellent. Romani etsi vulneris magnitudinem agnoscebant: pristinæ magnanimitatis memores: confestim reparata classe, & nouis copiis coactis. L. Iuniũ Cos. Claudij collegam in Siciliam ablegantes: Lilybæum obsidentibus subsidium & commeatum ferre, ac cætera exercitui necessaria subministrare iubent. His contractis omnibus ab omni Sicilia, præterquã à Lilybæo, nauibus, classem CXX. rostratarum nauium efficit: ipsi à Syracusis nauiganti, & Lilybæum petenti, dux Carthaginensium accurrit. Consul tametsi non audebat omittere pugnã cum hostibus, quos videbat nauium numero esse superiores: nolebat fugam arripere: quã propinquitate hostium cernebat posse intercipi: ac proinde ad loca difficilia & periculosa conuersus in proximo portu stationem fecit: & decreuit extrema potius omnia experiri: quã pati, vt exercitus Romanus in potestatẽ hostium veniret. Interiectis diebus paucis ingens procella oborta est: quã præsentientes Carthaginenses, vt qui maritimarũ rerũ periti essent, superato vicino Promontorio Pachyno euitauerunt. Sed Romanorum classis vi tempestatis agitata, quoniam loca importuosa erant, ita ad extremum fracta est: vt nihil ex tot nauibus, quod vtile in posterum fuerit, reliquum manserit. Hæc cum accidissent: Consul fractus omnino, & quidem religione auspiciorum, quæ neglexerat, perterritus, mortem sibi consciuit:

L. Iunius Cos.

sciuit: ac Romani acceptis tot & tantis cladibus, mari prorsus excesserunt: & omnem spem in terra duntaxat habentes, maritima Italiæ loca inuestabant.

ANNO sequente Carthaginensium dux Amilcar cum omnibus copiis in Italiam delatus, maritimam oram depopulatus est: & in Locrensium quoque ac Brutiorum agros excurrit; inde in agrum Panormitanum reuersus: & castris in conspectu exercitus Romani positis, per aliquot annos multa præclara facinora edidit: quæ singulatim cõmemorare nunc longũ foret. Tandem Romani, quia bellũ aliter nunquã finẽ habiturum videbatur, & exhaustum iam pridem fuerat ærarium: priuatim ciues quo suis quiq; facultatibus contribuentes, plures naues & vnã simul quinquiremem, ædificant, & sumptus de suo suppeditant. Instructa igitur & parata classi CC. nauium quinquiremimum C. Luctatius Cos. præficitur: qui ad Insulã Ægusam, quæ in medio loco sita est inter Lilybæũ & Carthaginem, cum hostib. congressus & incredibili felicitate vsus finẽ bello imposuit. Etenim naues Pœnorũ L. partim fractæ, partim submersæ: LXX. plenæ captæ sunt: & reliquæ sublatis velis subita vẽti mutatione fugã arripuerunt: quin etiã viui capti sunt vltra decem millia hominũ: & Cõsul parta victoria reuersus est Lilybæũ. Carthaginẽses tãta clade perculsi, misso ad Amilcarẽ q̃ celerrime nuncio, potestatem illi faciunt, quicquid de Rep. illi visum esset, statuendi: q. vt vir prudens, cedens tempori, legatos, qui de fœdere agerent, misit ad Cõsulem: Is conscius difficultatũ, quibus ex diuturno bello populus Romanus premebatur,

Sex anni sequentes, Amilcar dux Carthag.

Annus XXIII. Luctatius Cos.

batur, fœderis conditionem nequaquam aspernatus est. Fœdus itaque percussum est; cuius capita fuisse ait Polybius; vt excederent Carthaginenses non solum omni Sicilia, sed etiam Insulis omnibus, quæ inter Siciliam & Italiam essent sitæ; vt deinde vtriusque populi socij apud vtrunque populum tuti essent: & neuter in alterius locis imperaret, aut vllum ædificaret munimentum, aut mercenarium militem conduceret: ac neuter etiam alterius socios in amicitiam reciperet: vt etiam Carthaginenses duo Millia & ducenta talenta argenti Euboica in annos decem penderent; sed in præsentia darent mille: vtque ad extremum omnes captiuos sine precio Romanis redderent. Hæ fœderis conditiones, cum Romam perlatæ essent, à Populo ita demum comprobatæ fuerunt; si Carthaginenses etiam Sardinia cedere, & summæ argenti adhuc MCC. talenta addere vellent. Per hunc itaque modum primo bello, quod Romani aduersus Carthaginenses pro Sicilia annos XXIV. gesserunt, finis est impositus.

Sicilia prouincia Romanorum facta anno vrbis DXII.

BELLVM GALLICVM CISALpinum.

Caput hoc de bello Gallico Cisalpino in Rosæ Epitoma desideratum bono studio, integræ historiæ Rom. supplendæ causa hoc loco insertum esse, monendum putauimus.

Primo

PRimo bello Punico vixdum confectò, nouis bellis implicati Romani fuerunt aduersus Italiæ populos quosdam, Gallos Boios, Ligures, Sardos, Insubres, Illyrios: cum quibus varia sorte bellatum est. Nam primo conflictu Valerio Consule III. millia D. Romanorum cecidere: secundo XIIII. millia Gallorum cæsa, duo millia capta; sed ob priorem cladem triumphus Consuli negatus est. Ligures vero à Sempronio Graccho Valerij collega prælio superati sunt: quos etiam cum Insubribus magis deinde afflixerunt L. Lentulus & Q. Flaccus Coss. quos primos trans Padum Romanas duxisse legiones scribit Eutropius: quorum ibi interfecta sunt XIII. Millia, V. millia capta: & de his triumphatum. Contra quos etiam non ita multo post bene rem gesserunt C. Flamminius, & P. Furius Coss. & ab his maxima tribunorum militum instruenda acie prudentia egregiam victoriam retulerunt: vt auctor est Polybius. Addit Plutarchus, eo tempore, quo aduersus Insubres castra haberent, fluuium, qui per Picennum agrum labitur, sanguine fluxisse: & tres Lunas Arimini apparuisse: eaque de re Augures consultos vitio creatos videri Consules respondisse: & ob id à Senatu eos subito fuisse literis ab exercitu reuocatos: sed Flaminium Cos. eas acceptas, non prius aperuisse, quam collatis signis barbaros fudisset: atque ita contemtis auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, aduersum Gallos conflixisse & vicisse: in quo prælio XII. millia Gallorum cæsa, XVII. millia capta sunt, teste Floro: qui etiam Flaminium de torquibus Gallorum aureum trophæum Ioui erexisse; & M. Iunium

Valerius C. Sempronius Grachus

L. Lentulus Q. Flaccus.

C. Flaminius P. Furius.

Prodigia.

tum Dictatorem sex millia hominum Gallicis spoliis quæ triumpho Faminij translata fuerunt, armasse scribit. Neque tamen ab eo tunc plane Ligures deuicti sunt, neque latrocinia eorum, quæ terra marique latissime exercerent, omnino repressa: multis post annis M. Fuluius Nobilior. *à M. Fuluio Nobiliore Procos. profligatis iis demum anno DXCV: qui latebras eorum, quibus impliciti sese occultauerint: vt maior labor foret, eos inuenire, quam vincere: igne tandem sepsit: & parta victoria nobilissima de Liguribus & Veleatibus, eos postea in prouinciæ formam redactos, populo Romano subiugauit* Liguria in prouinciæ formam redacta. *nam & cũ Liguribus annos XXC: bellatum Strabo lib. 4. testatur. Tunc etiam Sardinia in potestatem populi Romani venit, prima ex omnibus in prouinciæ* Sardinia prouincia primo post Rom. *formam redacta anno vrbis conditæ DXV. quæ tamen triennio post iterum rebellauit, auctoribus Pœnis: sed à T. Manlio Torquato mox iterum subacta: & pacem eis supplicantibus, tandem concessa est: Sub id tẽpus pace omnibus locis facta: quũ Romani nullũ bellũ haberent, quod his post Romam conditam semel tantum* Plutarch. in Numa Liu. lib. 1. *Numa Pompilio regnante contigerat: templum Iani clausum sed eodem adhuc anno patefactum scribit Varro lib. 4. de ling. Latina. Sed ne tunc quidem aliquot iam bellis deuictos Sardos quieuisse constat:* M. Pomponius. *contra quos M. Pomponius Cos. & collega eius Q. Fabius Maximus contra Ligures missus est, qui vnà cum Sardis de integro defecerant: Pœnis bellorũ auctoribus, hostibus iterum iudicatis, & iussis numerare pecuniam, & omnib. cedere insulis, quæ essent po-* Q. Fabius Max. *puli Rom. Quo tempore Q. Fabius Imp. ad Carthagi-*

nenses

nenses Epistolam misit, cum hasta & caduceo; signis duobus belli & pacis: ex quibus vtrum vellent, eligerent: quod eligerent, id vnum vt esse missum existimarent. Carthaginenses responderunt, neutrum se eligere: sed posse, qui attulissent, vtrum mallent, relinquere: quod reliquissent, id sibi pro lecto futurum: de quo est apud Gell. lib. 10. c. 28. Quamquā M. Varro non hastam ipsam, neque ipsum caduceum: sed duas tesserulas, in quarum altera caduceum, in altera simulacra hastæ fuerunt incisa, missas fuisse scribit. Tunc igitur Q. Fabius Cos. contra Ligures profectus, summo eos prælio superauit: eoque bello confecto templum Honori dedicauit: vt testis est Cicero in lib. de Nat. Deor. de quo alias scriptum reliquit Plutarchus, ex nulla vnq̃ pugna ipsum, nisi ex qua triumphauit, victorem excessisse. Is Consul iterum anno DXXV. Sp. Caruilio collega quiescente, quo ad potuit, C. Flaminio Trib. pl. restitit, agrum Picenum Gallicumq; contra senatus auctoritatem deuidenti: Augurq; quum esset, ausus est dicere, optimis auspiciis ea geri, quæ pro Reip. salute gererentur, quæ cōtra Remp. fierent, contra auspicia fieri: auctore Tullio in Catone Maiore, & de Iuuent. lib. 2. Subsecutum deinde bellum Illyricū, propter vnum ex legatis, qui ad Illyrios missi erant indictum: de quibus Cn. Fuluius Centumalus, multis ciuitatib. captis, & regibus etiam in deditionem acceptis triumphū egit. Quadriennio post bellū Gallicū Cisalpinum initum est: ob legem C. Flaminij Tribuni pl. de agro Piceno & Gallico, vnde pulsi Senones fuerant, viritim diuidendo, excitatum.

εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης Hom.

Bellum Illyricum.

Cn. Fuluius.

Bellum Gallicum Cisalpinū.

Nam

Nam quum reliqui Galli, ac maxime finitimi Boÿ, Senonum casu perculsi, rebus suis timerent: inita cũ Insubribus societate, Gallos eos, qui trans Alpes ad Rhodanum accolunt, aduocarunt. Itaque quum reges eorum Cangolitanus & Ariouistus magnis inducti pecuniis cum ingentibus copiis Alpes in Italiam traiecissent: ac se cum Boiis & Insubribus coniunxissent: peditum ad L. millia, equitum ad XX. adducentes, in Etruriam irruperunt, octauo (vt scribit Polybius) post agri Piceni diuisionem anno, L. Æmilio, C. Attilio Coss. Romani autem Gallorum tumultu nuntiato; maximas, si quando vnquam alias, copias compararunt: tota etiam tum Italia enixe pro Imperio Romano laborauit. Summa peditum Romanorum ac sociorum fuit supra D. millia; equitum supra LX. auctore Polybio. Plinius tamen libro tertio solam Italiam, sine externis vllis auxiliis, atque etiam tunc sine Transpadanis, equitum LXXX. millia, peditum DCC millia armasse tradit. Cum harum igitur copiarum parte L. Æmilius Cos. Ariminum, vt Gallorum transitum impediret, contendit: alteram Prætor in Etruriam, quod C. Atilius Cos. alter iam in Sardiniam nauigaret, adduxit. Iam Clusium Galli peruenerant: Prætor ad Fæsulas collatis signis fugatus in collem editum se receperat: cuius quum obsidionem Galli pararent, Æmilius Cos. Apennino superato improuiso aduenit. Is igitur Gallos cum præda abeuntes ab vna parte, ab altera Atilius, iam ex Sardinia reuocatus, adorti: ita pugnarunt; vt Gallorum XL. millia ceciderint, X. millia ceperint. Atilius in prælio, & rex

Cangolitanus rex. Ariouistus rex Cremanorum.

L. Æmilius. C. Atilius.

Con-

Congolitanus occisus est: Ariouistus semetipsum in fuga occidit. Æmilius vastato Boiorum agro Romam triumphans rediit: ac Capitolium armis & torquibus Gallorum exornauit; neque enim prius Galli, Britomaro duce, se Balthea soluturos, quam Capitolium ascendissent iurauerant: quod ita factum est: siquidem victos Æmilius in Capitolio discinxit. Neque vero sequenti etiam anno Romani quieuerunt: quo T. Manlius Torquatus & Fuluius Flaccus primi trans Padum legiones duxere Romanas: vbi pugnatum est cum Insubribus Gallis: quorum interfecta sunt XXIII. millia, capta V. millia: quos etiam anno insequente C. Flaminius primum, de quo supra dictum est, ac deinde M. Marcellus Cos. & cum his Germanos (qui à Polybio Cressatæ nominantur) occiso rege Virdumaro, fudit fugauitque: cuius spolia in prælio Ioui Feretrio vouerat: ac Mediolanum, quod Insubrium caput est, & Comū oppidum expugnauit: & grandē postea prædam Romam pertulit: ac triumphans spolia regis Viridomari, exemplo Romuli, stipiti imposita humeris suis vexit. Is nimirum Marcellus est, qui & anno post occisum Viridomarum nono vicit Annibalem De quo Anchises apud Maronem lib. 6. vaticinatus in hunc modum loquitur.

T. Manlius. Fuluius. Flaccus. C. Flaminius. M. Marcellus.

Aspice vt insignis spoliis Marcellus opimis
  Ingreditur, victorque viros supereminet omnes.
Hic rem Romanam magno turbante tumultu
  Sistet eques, sternet Pœnos, Gallumque rebellē:
Tertiaque arma patri suspendet capta Quirino.

Quo facto, Insubres desperatis rebus suis tandem se Romanis dediderunt: atque ita bellum confectum est.

BELLVM PVNICVM SEcundum.

ANno XXIV. post primum bellum Punicum, exarsit bellum Punicum Secūdum: quod omnium fuit maximum & periculosissimum: cuius occasio vt melius posit deprehendi, paulo altius nobis repetenda est. Confecto primo bello Punico Carthaginenses cōpositis domi seditionib: quas milites cōductitij excitauerant, animum ad occupandū Hispaniā adiecerunt.

Amilcar. *Missus est igitur eo primum Amilcar: cui post multas res praeclare gestas defuncto successit gener Asdrubal: cuius Tyrannicum imperium describitur à Silio his verbis.*

> Tristia corda ducis, simul immedicabilis ira,
> Et fructus belli feritas: erat asper amore
> Sanguinis: & metui demens credebat honorem,
> Nec no'a docilis pœna satiare furores.

Tenuit autem hic Asdrubal in Hispania imperium annos octo: quo regnante Romani, etsi dolebant Carthaginensium vires in Hispania crescere, metu potentiae Gallorum Cisalpinorum quae vrbi denuo imminebat, nihil audebant contra eos violenter moliri: quia persuasum habebant se non modo Italiae dominatum, sed ne quidem proprios parietes, nisi Gallis prius domitis, tueri posse. Missis igitur legatis in Hispaniam, foedus percusserunt cum Carthaginensibus: in quo cauebatur inter caetera, ne Carthaginenses armati

amnem

amnem Iberum transgrederentur. Hoc quidem fœdus non rupit Asdrubal: sed eo interfecto Hannibal ingenti omnium applausu successor delectus est: qui dies noctesque occasionem violandi fœderis quærebat: quia natura erat inquietus, sæuus, astutus, & plusquam Punica perfidia: apud quem (vt Liuius ait) nihil erat veri, nihil sancti, nullus deorum metus, nullum iusiurandum, nulla religio.

Et stimulabat eum non tam recordatio iurisiurandi, quo puer ad aram Patri promiserat, se dum viueret Romanorum hostem fore: quam clades, quam pater Amilcar ad Ægusam à Romanis acceperat. Cum igitur perspectum ipsi esset, quam ægre Carthaginẽses legati tam prospero eorum Hispanicarum successu ferrent iugum fœderis, quod ipsis Romani imposuerant: nec tamen Romani fidem fœderis vnquã moturi viderentur: quiescere diutius non potuit: sed vt Romanos inuitaret, litem seminauit inter Tuditanos & Saguntinos. Erat Sanguntum vrbs Hispaniæ, copia terrestrium fructuum, multitudine hominũ, & virtute militari facile cæteris Hispaniæ populis antecellens: cuius incolæ in fœdere cum Asdrubale pacto quasi medij inter Romanorum & Carthaginensium fines in libertate relicti, postea in societatem populi Rom. recepti sunt. Cum itaque certamen de regendis finibus obortum esset: Hannibal ea occasione vsus vt Romanis ægre faceret: Sociam ipsorum ciuitatem Saguntum, non æquitate iuris vicinus conciliare, sed vi opprimere studuit. Romani à Saguntinis de hostili Hannibalis conatu certiores facti, miserunt ad Sagũtum.

eum Legatos: qui ipsum de fœdere admonerent. Sed (vt plerique scriptores prodiderunt) ab Hannibale duce audacia & ardore belli mouendi æstuante, non sunt admissi in colloquium: quod negaret sibi in tanto rerum discrimine vacare vt legationes audire possit. Relicta igitur Hispania traiecerunt in Africam: qua & ipsa quoque profectio fuit irrita: quia præter vnum Hannonem, qui vt vir prudens pacis consilia proponebat, nullus ex toto Senatorum numero æquis auribus Legatos audiuit: vt facile appareret, Senatum Carthaginensem non tam Saguntinorum liberationi, quam Hannibalis proposito studere. Interim Saguntum, quod ad octauum iam mensem obsidebatur, ab Hannibale capitur & deletur: missi denuo Carthaginem Legati: qui de illa iniuria quererentur, & Hannibalem ad pœnam deposcerent: Nihilo Senatum habuerunt æquiorem: quia ipsis iniuriam exaggerantibus & conquerentibus de violatione fœderis, responsum est: fœdus nullo modo esse violatum: propterea quod Saguntini eo tempore, quo fœdus percussum esset, non fuissent Romanorum socij. Etsi autem Legati contra disputabant: formam fœderis non tantum de præsentibus, sed etiam futuris sociis accipi debere: tamen vndique conquirebant Carthaginenses politica λήμματα, quibus factum Hannibalis excusare conabantur. Quod moleste ferens, qui inter legatos erat natu maximus: sinum è toga factum Senatui ostendens: Hic (inquit) bellum & pacem vobis offerimus, vtrum placet, deligite. Cum hanc vocem non minus ferociter daret: vtrum vellet, subclamatum est, atq;

ii, ex-

is,excusso in media curia togæ gremio,non sine horrore, quasi plane id in sinu ferret, bellum se effundere dixisset: accipere se alacri vultu omnes responderunt. Moto igitur bello admodum luctuoso & difficili Romani Consulibus decernunt prouincias: T. Sempronio Africam cum Sicilia, & P. Corn. Scipioni Hispaniam. Hannibal capto Saguntino cum audiuisset, quæ & Romæ & Carthagine acta & decreta essent, quam primum in Italiam impreßionem facere cogitat: ac nouum iter molitur per Galliam, & latißima iuga Alpium, quæ nemo vnquam cum exercitu conscenderat. Relicto itaque in Hispania cum Africano præsidio fratre Asdrubale; ipse primo vere per Galliam ad Alpes tendit, & erat iam in Gallia C salpina: cum Scipio traiecto mari Ligustico ad oram Galliæ appulisset. Emisit tunc Scipio CCC. equites speculatum, quid ageretur, & vbi esset Hannibal, qui fortiter congreßi cum quingentis exploratoribus Numantinis, victoriam non sine multo labore obtinuerunt. Interim Hannibal paratis subito lintribus & lembis Rhodanum traiecit. Cum exercitu Scipio paulo post ad castra hostium præliandi animo profectus: vbi deserta munimenta vidit: obstupefactus cõstitit: sibi quippe persuaserat, impoßibile esse, vt hostis per Alpes in Italiam posset irrumbere; cum ob asperitatem viarum, tum etiam ob incolentium Barbarorum multitudinem. At vbi Carthaginensium audaciam perspexit: extemplo ad naues reuersus, copias suas reduxit in Italiam: vt descendenti ab Alpibus Hannibali occurreret: sed fratrem cum parte copiarum misit in Hispaniam: ne

Alpes ab Annibale superatæ.

ea prouincia nuda præsidio tota à Carthaginensibus occuparetur. Hannibal etsi multa & magna impedimenta in Alpibus experiebatur: quia & Barbarorum accolarum crebræ incursiones molestæ erant: & loci asperitas: niuium & glaciei copia, atq; lubricitas, frigus deniq; & fames ita atterebant exercitum, vt vix dimidiam partem retineret: XV. dierum spacio Alpibus superatis, peruenit in Italiam, quinto mense post, quam ex Hispania mouerat. Reliquos autem habuit, cum de Alpibus descenderet, ex Africanis copiis X. mille pedites, & ex Hispanis VIII. mille equites, atq; ad summum sex millia. Defecissent tunc ad eum Galli Cisalpini plurimi: nisi subitus Scipionis aduentus Consulis defectionem molientes repressisset: vbi aliquas tamen vrbes cepit. Neq; vero minus obstupuit Hannibal, audiens, quod Scipio Padum cum exercitu esset transgressus: quam obstupuerat antea Scipio, cum Hannibalem Alpes petere intellexisset. Propinqua iam erant vtriusque aciei castra: cum Hannibal & oratione, & aliis artibus suorum militum animos erigeret. Nec segnior erat Cos. Scipio: & expectabatur aduentus Sempronij alterius Cos. quem Senatus cognito Hannibalis proposito, ex Africa domum reuocauerat: educta interim ad amnem Ticinum acie: vt cũ vrgeret necessitas, haberetur in prõptu. Commisso prælio Romani fugam arripuerunt: & sauciatus fuit Consul: quem filius iuuenis, qui postea omnem huius belli gloriam in se conuertit, intercursu suo liberauit ex præsenti mortis periculo. Itaque Consul, quamquam grauis erat vulnere,

Pedes à Scipione superatus.

nere, tamen proxime toto agmine profectus est ad fluuium Trebiam per agros Placentinos in Padum influentem: & ibi aduentum Collegæ exspectaturus, locum, qui prope flumen tutißimus visus est, continuit. Postquam autem Sempronius aduenerat: mox discrepantes sententiæ collegarum fuerũt: quia Scipio rem trahi malebat: vt miles Romanus Hannibalis ferociæ nondũ assuetus, redderetur exercitatior: & vt Galli Cisalpini, qui alias haberentur pro gente leuissima, mora tædio à Carthaginensib. rursus deficerent: quin vt ipse denique, quẽ vulnus faciebat inutilẽ, prælio interesse posset. At Sempronius, etsi intelligebat Scipionem vera loqui, inflatus tamen ambitione, & metuens, ne vel Scipio interesset pugnæ, vel bellum in nouos Consules differretur, omnino sibi soli deposcebat certamen cum Pœno. Erat tunc Brumæ tempus: & cũ Sempronius à Pœno astute prouocatus, tumultuarie milites & equites, nullo capto antè cibo eduxisset: & milites transgreßi flumen nocturnis imbribus ac niuibus auctum, partim frigore, partim fame vexarentur; ingentem tunc cladem acceperunt. Hanc Sempronius tegere apud populum Romanum cupiens, Romam misit, qui nunciarent victoriam sibi è manibus imbris magnitudine fuisse præreptam: quod primum Romani crediderunt: at postea re cognita, tantus terror inuasit omnes, vt iam ad vrbem Romam victorem Hannibalem crederent accessurum.

Parauerunt itaque nouas copias; quibus præfecti sunt Cn. Seruilius & Cn. Flaminius Coss. ex quibus Seruilius copiis suis Ariminum ductis, mo- Annus II. C. Flaminij & Cn. Seruilius Coss.

 tum

tum hostiles exercitus experiebatur: & Flaminius cum exercitu proficiscebatur in Thusciam. Cœperat iam inuidia laborare apud Gallos Cisalpinos Hannibal quod sentiens, & simul de profectione Flaminij edoctus: cum cognouisset alias vias & longas esse, & hostibus notas; sed vnam, quæ per paludes in Thusciam duceret, difficilem quidem, sed perbreuem: & qua exercitus non opinantibus hostibus posset traduci: per paludes iter fecit in Hetruriam. Dum hæc in Italia geruntur: alter Scipio relictus in Hispania, multa loca cepit: victoria hostium potitus, ingentem prædam consecutus est: superatis præter omnium opinionem paludibus: in quarum transitu Hannibal altero oculo captus est, nec paucos milites & iumenta amisit. Hānibal, vbi primum potuit, castra sua in sicco locauit: partim vt fessum tot laboribus exercitum reficeret: partim vt consilia & vires hostium, regionis etiam situm & itinera scrutaretur. Postquam vero compertum habuit, eam regionem Italiæ inprimis esse fertilem, & Consulem præterea ferocem quidem ac popularem, sed rerum bellicarum imperitum, & rebus suis nimis confidentem esse: agros Hetruscos populari, & Romam versus progredi cœpit: cogitans se hac ratione eum, vt qui vulgi gratiæ studens haud facile passurus esset talem vastitatem per prouincias fieri, in locum sibi commodum pertracturum. Flaminius, qui ne quidem hoste ipso quieturus erat: etsi haberet, qui suaderent collegam exspectandum; vt coniunctis exercitibus, communi animo & consilio res gereretur: Ipse tamen summum dedecus ratus; quod Pœnus per

mediam

mediam Italiam incedens, ipsis veluti dormitantibus omnia vastaret, & nullo obsistente ad Romana mœnia contenderet: hostem insecutus est; nullam quidem aut temporis, aut loci rationem habens; sed duntaxat conferendi prælij plus auidus; tanquam victoria in ipsius manibus foret. Donec tandem ad lacum Thrasymenum angustiis locorum veluti nassæ inclusus; & vndique hostium copiis circumuentus: tristissimam cladem accepit; in qua vltra XV. millia Romanorum ceciderunt; exceptis illis, qui in fuga fœde ac turpiter ab hostibus oppressi trucidatique sunt. Quin etiam Consul ipse in summa rerum desperatione occisus est: & plura quam XV. millia capta sunt: Cōtra Hannibal ex vniuerso suo exercitu, non plures, quam MD. & eos maxima ex parte Gallos, amisit. Hac clade in vrbe nunciata, maximus terror & tumultus ortus est; nec mirum fuit, eos qui tantam stragem longo iam tempore fuerant experti, moderate ferre tantam iacturam non potuisse. Dum autem Senatus, quid agēdum sit del berat: repente alia nunciatur calamitas; quia alter Consul Seruilius, cognito Hānibalis in Hetruriam transitu, iungere se cum collega decreuerat; sed quia subito omnem multitudinem ad eum traducere non poterat: C. Sempronium cum quatuor millibus equitum præmiserat: vt si ante aduentum eius aliqua necessitas vrgeret, collegæ præsto esset. Horum aduentu per exploratores cognito, miserat Hannibal equitatum illis obuiam: à quo plerique occisi sunt: & pauci admodum, qui in proximum collem fuga se receperant, in potestatem hostium peruenerunt. Huius

Clades Rom. ad Thrasymenum.

etiam calamitatis fama allata, tanto luctu totam ciuitatem oppleuit: vt omnes, demissis annuis Magistratibus, dictatorem creandum esse censerent: quod tempus ac imminentis periculi magnitudo omnino Dictatorem requirere videbatur. Creatus igitur est Dictator Q. Fabius, vir singulari prudentia & virtute praeditus: qui postea ob res egregie gestas Maximi cognomentum est adeptus. Adiunctus ei fuit Magister Equitum M. Minutius Rufus. Ac vere hic Fabius fuit Romanae Reip. anchora: quia, cũ animaduerteret Romanorum vires duobus grauissimis praeliis plurimum esse attritas: noluit summam imperij in discrimen vnius horae ponere: sed satius esse iudicauit, cunctãdo hostis vires sensim imminuere, & eas atterere, cum cõtinuatione sumptuum, quarum magnitudinem mora augebat, tum diminutione πολυανθρωπίας, quam nouerat hac ratione veluti Flammam vltro deflagrãtem posse ad paucitatem redigi.

Q. Fabius Maximus Dict.

Hannibal igitur ob res feliciter gestas animo elatus: nondum tamen adeundi Romam tempus adesse existimans, per vmbrã Marsorum, Marrucinorum & Pelignorum ad agrum Picenum in Apuliam cõtendit: & in itinere non solum omnia vastauit praedationib, & incendiis: sed etiam ingentem hominũ multitudinem è medio sustulit. Dederat.n.mandatum militib. vt obuiam quemq;, cuius aetas ad res bellicas esset idonea, non secus atq; in vrbiũ expugnatione fecissent, occiderent: Tantum nimirum ardebat in ipso odium aduersus Romam. Fabius itaq; cum quatuor legionib. confestim Apuliam petiit: vbi acceptis à Seruilio Cos.

qui

qui forte ex Arimino vrbe in Apuliam venerat, per alia loca continue ducendo copias: hostem paruo interuallo, quacunque iret, est secutus; semper opportunos colles praeoccupans: nec relinquens hostes: nec etiam pugnandi copiam illis faciens: leuibus tamen omnia hostibus infesta reddens & socias vrbes ab ipsorum iniuriis vindicans: vt & paulatim imminueret vires hostium: & exiguis victoriis militem pristinis cladibus territum assuefaceret: quo minus virtutis aut fortunæ suæ pœniteret. Etsi autem hæc cunctatio multorum calumniis & venenatis morsibus turpiter deformata est: quod dicebant, Fabiū aut virum imbellem, aut timidum, ob ignauiam & socordiam certamen detrectare: tamen Hannibal animaduertens sibi nequaquam cum Flaminio & Sempronio esse negotium: non tam vim, quam prudentiam Dictatoris se metuere palam est professus: & Romani euentu tandem edocti intellexerunt, nec prudentiorem, nec cōstantiorem Imperatorem reb. gerendis præfici potuisse. Non cōmemorabo hoc in loco ambages, quas hinc inde vagando fecit Punicus exercitus: cum Dictator à latere sequeretur: &, ne pro libidine in omnes grassari posset, prohiberet: non etiam dicam de strategematis, quibus Hannibal semel atq; iterum dictatoris prudentiam elusit. Accidit autem aliquando, vt Fabius Romā sacrorū causa excurrens, exercitum suū cōmittere cogeretur Magistro Equ. Minutio: q cū ingenio esset audace & temerario: spretis omnibus adhortationib. ac detestationib. quas Fabius ex castris abiens ipsi proposuerat: non solum cum hoste, quum

primum

primum daretur occasio, dimicandum esse censuit: sed etiam, antequam manum cum eo consereret, Romam misit vanißimas literas de parta victoria. Quibus ita traduxit Fabium: vt & Plebi extreme inuisus esset: & à Senatu non amplius æquis auribus audiretur: quin publico etiam decreto in contumeliam Fabij æquaretur Minutio Cum Dictatore Imperium: id quod hactenus inauditum fuerat: quasi duo Dictatores vno tempore essent in vno exercitu. Huius decreti præcipuus suasor fuit inter cæteros C. Terentius Varro: qui auram fauorabilem populi ex Dictatoris inuidia studiose captabat: & anno sequente Consul delectus, cladis Cannensis præcipuam occasionem præbuit. Hoc porro decretum, sicut immodice in Minutio auxit insolentiam: Ita Fabium à suo proposito non deterruit: quia redierat iam in castra: & cum animaduerteret, Minutium anxie occasionem certandi quærere: veritus ne quid temere cōmitteret, dedit ei optionem: vt vel partitis temporibus, alternis diebus, aut etiam maiori interuallo, summum ius & imperium vnius esset: vel legiones, sicut consulibus mos erat, inter se diuiderent: & suo vterque arbitratu vteretur proprio exercitu: vbi Minutio diuisio legionum magis placuit. Partitis igitur copiis etiam castra sunt separata: & sic Hānibal simultate Ducum, & temeritate Minutij per fugitiuos cognita: occasionem certaminis cum Minutio quærebat. Erat tumulus quidam inter castra Minutij & Pœnorum: quem qui occupasset, is sine dubio iniquiorem locum hosti facturus videbatur. Hunc tumulum cum Hannibal capere properaret:

Duo Dictatores.

ret: & certus esset Minutium, sicuti alibi fecerat, sibi ad resistendum occursurum: insidias disposuit: in quas Minutius incidit: vt nisi Fabius ei subuenisset, & Hānibalem coëgisset cauere receptui: cum omnibus suis copiis & legionibus fuisset oppressus. Ibi primum Romanus exercitus Fabij Maximi prudentiam cœpit agnoscere: & ipse quoque Minutius delicti sui magnitudinem intelligens, & suppliciter ad Fabium accedens, ac Patrem eum salutans, communicatum sibi imperium abrogauit. Narrant etiam aliqui, Hannibalem, cum ex acie exercitum retraxisset, ad suos conuersum dixisse. Nōne vobis prædixi, nubem istam, quæ sederet in iugis montium imbrem aliquando daturam?

Paulo post Fabius Dictaturam deposuit: & creati sunt Coss. L. Æmilius Paulus & C. Terentius Varro. Ac Æmilius quidem erat vir probus, & in victoria clarus, quam de Illyricis reportauerat. Qualis autem Varro fuerit, ex versibus Silij cognoscere & intelligere possumus. Annus III. L. Æmil. Paulus & C. Teren. Varro Coss.

Sæuitiam nostris Varro, ingentique ruinæ
Festinans aperire locum, fata admouet vrbi:
Atque illi sine luce genus, surdumq; parentum
Nomen: & immodice vibrabat ore canino
Lingua procax: hinc auctus ope largusque rapina,
Infima dum vulgi vouet, allatratque senatum,
Tantum inquassata bello caput extulit vrbe:
Momento vt rerum & fati foret arbiter vnus:
Quo conseruari Latium victore puderet.
Idem & turbarum lator, atque attendere solers
Inuidiam, prauusque togæ: sic debilis arte
Belligera, Martemque rudis versare, nec vllo

Spe-

Spectatus ferro, lingua superabat adire

Ad dextræ decus, atque è Rostris bella ciebat.

Introducit etiam Silius hunc Varronem inter cætera hæc arroganter loquentem.

Ite alacres, Lacia deuinctum colla cathena

Hannibalem Fabio ducam spectante per vrbẽ.

Hi igitur ambo Coss. diuersißimis ingeniis præditi: cum maximo apparatu ad castra profecti: hostẽ assecuti sunt in Apulia prope Caudinas vetustũ Apuliæ oppidulum: prope quod sua castra posuerat Hannibal. Ibi initium sequentium malorum præbuit intestina Consulum discordia: qua animaduersa, Hannibal aciem instruit in castris planis & latis vbi libere equitatu, quo valebat plurimum, poterat vti: & Varro, dissuadente collega, signum pugnæ proponit: vbi demũ tantam stragem accepit Romanus exercitus: quantũ antea nullo vnquam tempore acceperat. Quantus .n. numerus clarißimorum virorum ibi ceciderit, inde æstimare potest: quod post pugnam Hannibal tantum aceruum annulorum, qui cæsis Romanis detracti fuerant, Carthaginem misit: vt metientibus modium explenisse dicantur: cum neminem præter equites & eorum primores aureorum annulorum insigne gestare opporteret. Quid? quod ex sex millibus Romanorũ Equitũ, LXX. duntaxat cum Varrone euaserunt Venusiam: & ex toto peditatu vix tria millia aufugerunt: vt tunc interfecti fuerint vltra XL. millia Romanorum peditum, exceptis Equitibus: capta sunt vltra decem millia: & quod turpißimũ fuit, ipse quoq; Æmilius Consul acceptis pluribus vulneribus temeritatẽ sui collegæ morte sua luens, cecidit: ac inter cæteros præ-

Clades Cannensis.

præstantes viros interemti quoq; sunt C. Seruilius & M. Atilius prioris anni Consules. Varroni ad vrbẽ redeunti, etsi temeritas odium cõflauerat, gratiæ tamẽ à Senatu & populo sunt actæ: q; de Rep. nõ desperaret, sed in tãto rerũ discrimine præstò esset. Quã autẽ ipsũ suæ temeritatis pœnituerit, inde potest colligi: q; post Cladẽ Cannensem oblatos honores, cõstantißime recusauit: feliciori magistratu opus esse Reip. aperte significãs. Hannibal parta tã præclara victoria, etsi ad vrbẽ accedere potuisset: rerũ successu demẽtatus, per aliquot dies cessauit: nec cũ vllo aliter, q̃ per interpretẽ est locutus. Ferunt quendã ducẽ illi pollicitũ fuisse, si sibi obtemperaret, se effecturũ, vt quinto die epularentur in Capitolio: sed cũ ex interprete cognouisset, Hannibalem tali promißione non moueri; in hæc demum verba eum erupisse. Non vni dat Deus omnia: vincere quidem scis Hannibal sed victoria vti nescis. Romæ interim tantus fuit pauor; & tanta desperatio: vt iam non obscure agitarentur inter principes de vrbe deserenda, & quærendis nouis sedibus consilia: quod animaduertens Scipio Tribunus militum stricto gladio in Senatu mortem minitatus est omnib. qui in defensionẽ patriæ iurare nollent. Omnes igitur in ipsius verba iurarunt: nec quisquam ex toto Senatorũ numero ausus fuit sese huic Scipioni opponere, aut amplius desertionẽ moliri: ac proinde Dictator creatus est M. Iunius. Est autem & hoc memorabile, quod Romani, quantumuis penuria militum, aut mole calamitatum premebantur, captiuos ab Hannibale oblatos redimere noluerunt: dicentes,

sibi

sibi talibus ciuibus opus non esse, qui, cum armati essent, capi potuissent. Cæterum cladem canensem secuta mox est plurimorum populorum in Italia à Romanis ad Carthaginenses defectio: inter quos cum etiam essent Campani, placuit Hannibali Capuam secedere. Hoc consilium vt Romanis salutare, ita exitiosum fuit Hannibali: quia ibi affluentium voluptatum blanditiis omnis fere vigor exercitus extinctus est. Itaque post pugnam Cannensem fractis alterius partis viribus, & alterius animis mollitis, segnius aliquandiu bellum agi cœpit. Hannibal postquam Capua est egressus: in agrum Nolanum exercitum duxit: sed aduenit mox Nolam M. Claudius Marcellus: qui eum muros subiturum facta irruptione feliciter repreßit: interfectis Pœnorum duobus millibus: cum ex Romanis vnus solummodo cecidisse dicatur. Inde petijt Hannibal Neapolim: cuius possessionem ideo appetebat: vt cursus nauilis tutus esset ex Africa: sed cum accepisset, eã à Romano quodam præfecto teneri. Accerras & alia quædam oppida Romanis amica expugnauit: donec hybernum tempus Capuam eum retraxit.

Capuæ eneruatus Hannibalis exercitus.

Annus IV. M Marcellus & Q. Fab. Max. Coss.

Anno itaque huius belli quarto, Coss. creati sunt L. Posthumius & T. Sempronius Gracchus. Quia autem eo ipso anno, quo absens designabatur Consul, L. Posthumius in Gallia Cisalpina vna cum suo exercitu deletus est: ideo in eius locum suffecti sunt Coss. M. Claudius Marcellus, & Fabius Maximus. Hic annus & spei & metus causas non paruas Romanis præbuit: quia conspirabat iam cum Pœno rex Macedoniæ potentißimus Philippus: qui non parum & animi, & vi-

rium

rium videbatur Hannibali additurus: iam à Romanis deficere cœperat Insula Sardinia: & ipsa Respublica, vt sumtibus, ita tam ciuium, quam Senatorum numero erat admodum exhausta. Sed reddebat Romanis animum prosper successus Marcelli: qui Hannibalem ad Nolana mœnia redeuntem, prælio etsi paruo, secundo tamen in fugam verterat, & diffidere eneruato voluptatibus exercitui docuerat. Ferunt Hannibalem tunc dixisse: sibi metuendum esse, ne hosti præda fiat: propterea quod milites viros introduxerit in vrbem Capuam, sed fœminas receperit. Hæc igitur qualiscunque victoria tantam spem in animis Romanorum accendit: vt non modo Hannibali fortiter resistendum, & in Sardiniam contra defectionis auctores exercitum mittendum censerent: sed etiam priuatim, quantum quisque poterat, argentum & aurum ad sustinendos belli sumptus conferrent. Ac in Sardinia feliciter pugnauit T. Manlius: & in eiusdem anni æstate C. & P. Scipiones in Hispania Asdrubalem vicerunt: ac sua comitate & benignitate omnes prope Hispaniæ populos ad Romanorum societatem inclinauerunt. Hānibal Cumas quidem expugnauit: sed cum vrbs ista virtute Sempronij fortiter defenderetur; re infecta discessit. Hoc etiam anno Romanis in Sicilia omnia mutauit mors Hieronis: & regnum ad nepotem Hieronem translatum, qui plane à virtute auita degenerabat, & regnum in tyrannidem conuertebat, societatem cum Hannibale iunxit. Etsi autem paulo post à coniuratis oppressus est: tamē semina defectionis Syracusis reliqua manserunt.

Philippus Macedo.

Sardinia defectio.

T. Manlius. C. & P. Scipionis.

Mors Hieronis.

Annus V. *Anno igitur sequente, cum Coss. essent M Claud. Marcellus & Q. Fab. Maximus cum exercitu in Siciliam Marcellus profectus est, vbi, cum primum Leontinos domuisset, vrbem Syracusas terra & mari oppugnauit: & habuisset tanto impetu cœpta res successum: nisi vnus Archimedes Mathematicus, ingeniosius* Archimedes. *fabricatis machinis, plurimum negotij Romanis fecisset. Eodem anno M. Valerius Leuinus Prætor cum classe instructa in Græciam traiecit: & regem Philippum, qui tunc oppugnabat Appoloniam, in Macedoniā sese recipere coëgit. Postea varij motus in Græcia fuerunt vsq; ad annum XV. huius belli: quo primū pacem fecit cum Rom. Philippus. An. huius belli sexto* Annus VI. *Coss. fuerunt. Q. Fab. Max. Iun. & T. Semp. Grachus;* Ann. VII. *quo nihil memorabile gestū est. An. septimus, qui Coss. habuit Q. Fuluium Flaccū & App. Claudium Pulcrū,* Tarenti defectio. *nobilis est multis memorabilibus euentib. quales fuerunt Tarenti defectio, & Capuæ obsidio, Syracusarum expugnatio, & duorum Scipionum in Hispania interitus. Tenebant Tarentum Romani: sed cum nonnulli proditores accedenti Hannibali portā quandā clam aperuissēt Rom. præsidium in arcē confugit: quæ ad modum Peninsulæ, vrbi adhærebat. Fecit igitur in arcem Hannibal impetum: sed frustra expugnatione* Capuæ obsidio. *tentata cœpit eā obsidere. Interea vero Capua à Coss. obsessa, non tam ob iram, quæ in nullam vnquam ciuitatem fuit iustior, quam quod vrbs tam potens & nobilis, sicut defectione sua traxerat aliquot populos; ita recepta animos rursus inclinatura ad Rom. imperium videbatur. Sed nihil ad huius anni memoriā insignius est q̄ Syracusarū expugnatio, quia Marcel. cū*

durante obsidione pestis cœpisset infestare eius exercitum, externa tentauit: & noctu admotis scalis vrbem somno vinoq; sepultã cepit. Tanta autẽ moderatione victor Marcel. vsus est: vt non modo iuberet parci Archimedi Mathematico: quẽ postea per ignorantiã interfectũ magnifice sepeliuit: sed etiã vrbẽ diripiendã intuens illacrymaret: non tã rei perpetratæ gaudio q̃ q animũ subibat instabilitatis rerũ humanarũ cõsideratio. Erat. n. vrbs. q̃ in bello Peloponnesiaco classem Atheniensẽ mirabiliter oppresserat: q̃ aliquoties & cũ magno discrimine contra Carthaginenses magna gloria dimicauerat: q̃ reges ac Tyran. multosq; potẽtes aluerat: q̃ multis splendidißimis ac magnificis operib. iã vnius horæ momẽto ad cineres redituris fuerat exornata. Cæterũ dũ hæc in Sicilia gerũtur interfecti sunt in Hisp. duo Scip. Publ. & Cn. fratres: & cũ deletus exercitus & amissa Hisp. videntur: vir vnus res perditas restituit L. Marti⁹ Eques Rõ. q auctoritate inter milites præstabat: quia illius ductu reliquiæ exercituũ Rom. bina hostiũ castra expugnarũt: & ad XXXVII. millia hostiũ trucidarũt. Quidã eius gloriæ addũt miracula: flãmã sc. ei cõcionanti fusã esse è capite sine ipsius sensu, cũ magno circũstantiũ pauore. Creati sũt postea Coss. C. Fuluius Cẽtimalus & P. Sulp. Galba: cũ sc. Q. Fuluio & Ap. Claudio prioris anni Coss. imperiũ ad Capuã prorogatũ esset, & iniũctũ: ne prius à Capua abscederẽt, quam eã expugnassent. Obsederat hactenus Hannibal quibusdam copiis arcem Tarentinã: & interea temporis deleuerat quendã Centurionẽ Rom. cũ octo millib. hominum: Prætorẽ quoq; Fuluium ad

Syracusana expugnatio.

L. Martius Eques.

Ann. IIX. C. Fuluius & P. Sulpitius Galba Coss.

vrbem Herdoniam ita profligauerat: vt ex duodeuiginti millibus hominum, quos ducebat, non amplius duob. millibus Romanorm euaserernt. Audiens igitur vrgeri duriter Campanos cum omnibus suis Capuam contendit: vbi primum magnis viribus Romanorum castra est aggressus: sed nihil effecit. Postea vt Romanos ex Campano agro domum retraheret: ad vrbem Romam, qua potuit, celeritate accurrit: nec procul ab ipsa castra posuit. Subsecutus eum confestim est, relicto Capuæ suo collega, Fuluius Flaccus: cui, cum ad vrbem accessisset, auctæ sunt copiæ Coss. præsentia, & exercitu ex vrbe educto: & fuit tunc quidē magnus terror inter Romana mœnia: sed nihilominus instructa acie Hannibali, vt lupo, occurrendum censebant. Cum itaq; Hannibal in conspectu vrbis in aciem eduxisset suas copias: Consules tamen non detrectarent: diuinitus accidit, vt quoties occursuræ essent acies, imber maximus grandine mixtus subito vtrinque eas turbaret: & cum bis eueniret, Hannibalem mouit, vt spem potiundæ vrbis deponeret. Cum autem Fuluius in castra ad Capuam redijsset: & Hannibale ad Rhegina littora digresso, Campani amplius tolerare suis viribus obsidionem non valerent: in Romanorum potestatem venerunt. In multitudinem quidem non sæuitum est: nec ædificia sunt diruta: sed Senatores, ex quibus nonnulli sumpto veneno supplicium anteuerterant, capite mulctati sunt: & reliqua multitudo sine omni spe reditus est dissipata. Ac talem habuit exitum Campaniæ licentia cum summa perfidia coniūcta. Post receptam Capuam non minor erat Hispaniæ,

Rom. ab Hanniba le irrito conatu obsessa.

Capua recepta à Rom.

quam

quam Italiæ cura: ac post longam deliberationē missus est in Hispaniam Imperator P. Corn. Scipio P. Filius, qui tunc erat natus annos XXIV. Hic postea iuuenis non modo in Hispania composuit: sed etiam totum hoc bellum secundum ad finem perduxit. P Corn. Scipio. *Anno sequente M. Marcellum fulgentem tunc dignitate in Sicilia domita, & M. Valer. Leuinum, qui egregias aduersus Philippum Regem Macedoniæ res terra & mari gesserat, absentes Coss. dixerunt omnes Centuriæ: ac Leuino successor datus est in Græcia P. Sulpitius. Hoc anno ærarij penuria consulere priuatorum opum collationem vicissim oportebat, quam tamen fecerunt Consules. Cæterum posteaquam Marcellus* Cos. IIII. *esset creatus: æmuli ipsius sibornauerunt Syracusanos: vt de eo Romā querelas afferrent: quod hostilia contra ius fœderis & societatis, quam antea rex Hierō cum Syracusanis fecerat, passi essent. Marcellus tunc rem diuinā in Capitolio faciebat: ac proinde sedentibus patribus Syracusani more supplicum in terram procumbunt: dicendi locum, & aduersus iniustam vim defensionem implorantes. Hoc cū propter absentiam Marcelli ægre collega Leuinus ferret: Syracusanos arcebat, donec Marcellus rediisset. Simul autem atque Marcellus adfuit: & ipse accessissent contra ipsum querelam allaturi: Marcellus de sua sella, quam vt Consul tenebat, descendens in eum locum vt priuatus abiit: quem in ius vocati tenere solebant: & Syracusanis de se querendi facultatem præbuit. Qui vbi viri dignitatem, fidem, auctoritatem, maiestatem, & inuictum armis ducem animo versassent,*

Annus IX.

M. Marcelli summa animi moderatio.

sent, confusi & perturbati fuerunt. veruntamen adversariorũ cohortationib. accusationẽ flebilib. modis exorsi sunt: cuius summa hæc fuit: se, cũ socij & amici pop. Rom. essent hostilia perpessos esse: & nullũ fructũ cœpisse eius coniunctionis, quæ olim Hieroni regi cum pop. Rom. intercessisset. Ad ea Marcellus respondit: eos nihil nisi quod vi & bello capti solent, & quod arceri non posset pertulisse: quin ipsos etiam eius captiuitatis sibi auctores fuisse: quod multis ad pacẽ hortantib. non obtẽperassent. His vtrinque dictis cum à patrib. Syracusanis essent iussi, vt parumper secederent Marcellus simul ante curiæ fores excessit: expectans summa cũ moderatione Senatusconsultũ. Cum autẽ Patrũ sententia Marcellus victor declaratus esset: Syracusani sese ad genua illius proiecerunt: cum lacrymis obsecrantes, vt irã in se præsentes effunderet: ac reliquæ multitudini vrbis Syracusanæ parceret. Hac supplicum voce & lacrymis, non solum præsentibus, sed etiã vniuersis Syracusanis placatus, veniam dedit; eosque in fidem ac clientelam recepit. In Hispania P. Scipio Nouã Carthaginem primo impetu vno die cepit admirabili ac pene incredibili felicitate vsus: vbi erant maxima præsidia. valida stipendia, copia auri & argenti Pœnorũ infinita, & nobilissimi obsides, quos ab Hispanis acceperũ: His omnib. semel potitus est Scipio: & viuus quoque in suam potestatem venit Mago frater Hannibalis: quem Rom. misit: & Hispanorum obsides parentib. reddidit. Capta tunc etiam fuit quædã virgo formosissima, ætate matura: quæ nupta fuerat Alsusio Celtiberorum principi: quam ad se adductam tanta

fide

fide & pietate custodiuit, ac si filia esset: donec accersitis parentibus & sponso inuiolatam ipsam redderet. Illa res summã beneuolentiã & auctoritatẽ Scipioni conciliauit, nõ solum apud suos, sed etiam apud exteros, & maxime quidem apud Hispanos. Quã etiã augebat hoc q cum parentes virginis magnum pondus auri ad declarandã animi gratitudinẽ ipsi obtulissẽt: ipsi quicquid eius erat sponso in dotem tradidit. Huius igitur facti admiratione, maxime annitente puellæ sponso ac parentib. omnes ferme Hispaniæ populi ad cũ transierunt. An. decimo declarati sunt Coss. Q. Fab. Maximus & Q. Fuluius: & quidẽ ita, vt Marcellus iussu Consulũ ad imperiũ exercitus præficeretur: q nemine ex Rom. tam parẽ Hannibali arbitrabantur. Vbi primum in agris pabuli aliquid fuit: ex hybernis ad Canusium profectus Hannibali occurrit. Cum autem casum aduersæ pugnæ, in qua ad duo millia & septingenta ciuium ac sociorum ceciderant, ferret: postquã in castra reduxisset: concionem adeo sæuam atq; acerbam ad milites habuit: vt prælio per totam diem infeliciter tolerato, tristior illis irati Ducis esset oratio. Orto inde clamore, vt veniam eius diei daret: vbi vellet, deinde experiretur militum suorum animos. Ego vero (inquit) experiar: & vos castrino die in aciem inducam: vt victores potius, quam victi, veniã impetretis, quam petitis. Ita concio fuit admissa: vt omnes faterentur, iure ac merito sese increpatos. Neque enim illo die quenquam virum in acie fuisse: præter vnum ducem Marcellum: cui aut morte aut egregia victoria satisfaciendum esset. Annus X.

Postero die exercitus Romanus irritatus Ducis sui adhortationibus, maximam hostium cædem fecit: quia cæsa sunt octo millia hominum, & quinque elephanti. Ferunt Hannibalem, cum victus Marcellus prælium instaurare vellet, dixisse quod cum eo hoste res sit, qui nec bonam, nec malam fortunam ferre posset: siue vicisset, ferociter obstet victis: seu etiã victus esset, instauret cum victoribus certamen. Eodem anno Fabius Maximus Tarentum per proditionem quidem accepit: sed & huius & alterius Consulis gloriam facile obscurauit: quæ ob res in Hispania admiranda & heroica virtute administratas vrbem compleuerat. Marcellus deformatus calumniis cuiusdam tribuni plebis, qui eum loco mouere conabatur: ita grauiter se excusauit: vt non solum rogatio de imperio eius abrogando antiquaretur: sed & postero die Consulem cum consensu ingenti omnes Centuriæ crearent: & collegam ei T. Quintium Crispinum adiungerent qui sequente anno ambo interficiuntur. Annus XI. Mors Marcelli Cos. T. Quintius Crispinus Cos. *Consul quidem Marcellus, qui iam annum LX. excesserat, & variis conflictibus contra Hannibalem feliciter dimicauerat: cum incautus cum paruo equitatu ad tumulum quendam inter Romana & Punica castra interpositum processisset incidit in insidias, quæ ibi fuerant dispositæ: & lancea transfixus vitam finiuit. Alter vero Consul Crispinus, qui eum comitatus fuerat, duobus iaculis lethaliter ictus, cum Marcello saucio vix ad castra sua peruenit: & post paucos dies* Ann. XII. *ex illo vulnere est mortuus. Romani cognito tam graui casu delegerunt Coss. duos potentissimos belli duces*

M. Li-

M. Liuium Salinatorem, & Claudium Neronem. *E-rat iam annus huius belli XII. quo Hannibal desperans Hispaniam contra Scipionem posse diutius retineri: & de fratre metuens, quem audiuerat Scipionem esse imparem: nec aliquam spem salutis reliquã cernens; quam si copiæ iungerentur; fratrem Asdrubalem vocauit in Italiam. Is igitur hoc anno ex Hispania per Alpes in Italiam contendens; magnas secum Hispanorum, Gallorum & Pœnorum copias duxit: & magnum terrorem Italiæ incussit. Cum antẽ* Nero *Consul in Lucania Castra opposita Hannibali haberet: occurrit Asdrubali* Liuius:*vt, si posset, eius vires, antequam Hannibali iungeretur, comminueret: quia descenderat iam de Alpibus Hannibal: & in Gallia Cisalpina castra posuerat. Cum hoc audiuisset* Nero:*qui iam aliquot prælijs* Hannibali *fecerat negotium; & eum magnis affecerat incommodis: clam cum selectissimis turmis, quanta potuit festinatione, ad collegam aduentauit. Ignorabat quidem Hannibal abesse à suis castris Consulem: sed Asdrubal ex multis indicijs Romana castra aucta esse animaduertens: nocte admodum tenebricosa castra reliquit: vt tacito & celeri gradu ad fratrem properaret. Cum autem paululum progressus ob errorem viæ & tenebrarum molestias, moram nectere cogeretur: Consules eum insecuti, tanta strage vicerunt: vt illo prælio Cannensis clades pensata fuisse credatur. Interfecta enim sunt LVI. millia hostium: & ipse quoq; Asdrubal est interemptus: cuius caput* Nero Cos. *ad suos non minus celeriter: quam fuerat profectus, reuersus, ante castra*

Liuius Salinator & Cl. Nero Coss.

Asdrubalis mors.

Hannibalis proijci curauit: & captiuos, qui tantæ calamitatis nuntium ad Pœnos deferrent, dimisit. Ac profecto mirum est, callidissimi ducis solertiam sic deceptam esse à Cl. Nerone, in tam modico castrorum interuallo: vt prius cæsum cum omnibus copiis fratrem, quam profectum, & reuersum in castra Romanorum Consulem sciret. Hannibal hac tam ingẽti, non solum publico, sed etiam priuato vulnere perculsus: agnoscere se fortunã Carthaginis dixit: & paulo post ex illis locis profectus in agrum Brutium se recepit. Neq; vero minorem laudem meretur hæc historia Consulum: q̃ insignis animorũ coniunctio, & mutua beneuolentia: qua inter sese certarunt. Ita.n. fuerunt cõcordes: vt cum sub anni exitu redire ad vrbem essent iussi: ex composito, vno & eodẽ tẽpore in quodã oppido cõuenirẽt: vt simul possent vrbẽ ingredi, & triumphum impetratũ simul gerere. In hoc porro triũpho tanta fuit Neronis modestia; vt honestiorẽ locum collegæ Liuio, tanquam Seniori, & in cuius prouincia res gesta esset, vltro concederet: & ipse triumphalem currum, in quo Liuius vehebatur, Eques anteiret. Hæc igitur modestia multo maiorem gloriã & gratiã attulit Neroni, quam si ipse posthabito collega priorem locum occupasset. Anno sequente creati quidem Coss. sunt L. Veturius, & Q. Cæcilius Metellus: sed cum Hannibale eo toto anno nihil gestũ est: quia neq; ipse se obtulit in tam recenti vulnere neq; lacessiuerunt eum Romani: quia tanta erat formido manu parta, & tantus tot cædib. quæsitus terror: vt Romani quietũ non auderent prouocare. In Hispania autem debellauit

Ann. XIII. L. Veturius & Q. Cæcil. Metellus Coss.

nit Scipio: anno nimirum quinto post, quam acceperat prouinciam: & conceperat spem non paruam, in suum decus & nomen transferendi huius belli gloriam: ac proinde non contentus deuicta, Africam quoq; spectabat. Ratus porro præmoliendas ibi iam res, & conciliandos regum ac gentium animos esse: primo tentare studuit Syphacem regem Massylorum: quæ gens Mauris affinis, eam Hispaniæ regionē, qua Noua Carthago sita est, respicit. Fœdus eo tempore Syphaci erat cum Carthaginensibus: & Scipio illud rumpi posse sperabat: propterea ad regem mittebat C. Lælium cum donis. Quæ cum Barbarus insigni perfusus lætitia videret: & fortunam simul Pœnorum inclinatam cerneret: amicitiam se Romanorum accipere annuit quidem: sed fidem se prius non firmaturum dixit: quam cum ipso Romano Duce, cui tutum aditum concedebat, coram colloqueretur. Syphax.

Accidit autem, vt vno & eodem die venirent ad Syphacem Scipio, & quidam Imperator Punicus Asdrubal: quem in Hispania Scipio vicerat: quos se conciliaturum sperans Syphax, ambos ad se sub vnum tectum ac colloquium, simultatum dirimendarum causa, inuitauit. Sed Scipio negauit sibi vllum priuatum odium esse quod finiri posset colloquendo: aut de Republica quicquam sibi cum hoste agere iniussu Senatus licere. Magnopere autem Rege contendente; ne alter hospitum exclusus mensa videretur: vt in animum induceret ad easdem venire epulas: non abnuit Scipio; & cœnatum simul est apud Regem: ac eodem etiam lecto Scipio & Asdrubal, quia ita Asdrubal.

cordi erat Regi, accubuerunt. Tanta porro inerat comitas Scipioni, atq; ad omnia naturalis ingenij dexteritas: vt non modo Syphacem Barbarum & moribus Romanis non assuetum, sed etiam infestißimum hostem facunde alloquendo conciliaret: qui non minus coram visum ex tam familiari congressu magnifaciebat: quam antea non visum ob res in bello gestas fuerat admiratus: Itaq; non, quomodo Hispania amissa esset, magis esse Carthaginensibus quærendum; quam quomodo Africam retinerent: & non dubitare, quin Syphax & regnum eius in Romanorum potestate esset, dicebat. Hac ovinio non fefellit Asdrubalē: quia aliquanto post iussu Senatus impreßionem fecit Scipio in Africam sed eo tempore icto cum Syphace fœdere ex Africa profectus, redijt in Hispaniam. Post paucos dies, cum Scipio graui morbo implicitus, & vanus rumor de ipsius morte sparsus esset, grauis seditio in castris orta est: Octo millia ibi erant militum præsidium gentibus, quæ Ciliberiam incolunt, impositum: quibus iam antea licentia, ex diuturno (vt fit) ocio collecta, arridere cœperat: ac proinde in hostili terra laxius rapto viuere suet ; ; lata fama de obitu Imperatoris, omnem militarem disciplinam abiecerunt: Erupit deinde seditio ad auctores eius gregarios quosdam milites: quibus omnium consensu imperium & ornamenta ac insignia summi imperij fuerunt delata. Scipio sollicitus, ne aut exercitus peccando, aut ipse puniendo excederet modum: tutius esse cogitauit, si leniter ageret. Edictum igitur proposuit, vt ad stipendium petendum Carthaginem Nouam venirent:

quo

quo cum venissent, & Imperator tribunal ascendisset: auctores seditionis sine vllo tumultu per idoneos homines in hospicia inducti, comprehensi ac vincti sunt. Sedit Scipio aliquandiu tacitus: donec nunciatum esset, auctores seditionis in forum esse deductos: ibi habita graui, & tamen modesta, oratione, qua & exercitus insaniam accusauit; & se, punitis auctoribus, multitudini veniam daturum promisit: tantum terrorem oculis ac auribus effudit: vt in cõspectu supplicij non modo nulla ferocior vox aduersus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur. Tracti inde de medio omnes milites nominatim apud Tribunos in verba Scipionis iurarunt: & stipendium ad nomen singulis est tandem persolutum. Eodem anno Masinissa rex Numidarum, qui caput in omni hostium equitatu fuerat, in colloquium cum Scipione venit non procul à Gadibus: quia iam ante cœperat Numidam, ex fama virtutum ac rerum gestarum, Scipionis admiratio: quam ipsius præsentia longe superauit: promisit igitur Masinissa, se populo Rom. amicum fore: modo operam daret, vt exercitus in Africam mitteretur: quod si fieret, sperare se perbreui auo Carthagine esse. Lætus hoc audiuit Scipio: & cum fides vtrinq; data & accepta esset; vterq; ad suos est reuersus. Masinissa Numidæ rex.

Subsecutus est annus belli XIV. quo Coss. creati sunt P. Corn. Scipio, & P. Licinius Crassus Pontifex Maximus Scipio ex Hispania Romam reuersus, Africam sibi decerni postulauit: sed approbante quidem ipsius propositum populo, ex patribus acriter se ei opposuit Ann. XIV.

posuit Q. Fabius Maximus: obiiciens nimirum, stultum esse, ire cum exercitu in Africam. Hannibale ex Italia nondum eiecto. Respondit Scipio, ea ratione Hannibalem domum retrahi; & Italiam à diuturna vastatione liberari posse. Etsi autem Fabius cum oratione ad tempus parata, tum auctoritate, quin etiam inueterata prudentiæ fama magnã partem Senatus mouit: tamen post longam altercationem Scipioni Africa est decreta: ac in itinere cepit vrbem Locros, quæ sub defectione Italiæ à Romanis desciuerat; & ei Legatum Quintium cum præsidio imposuit, ac postea cũ suis copiis Messanã traiecit. Sequens annus Coss. habuit P. Sempronium Tuditanum, & M. Cornelium Cethegum, Sempronius, cum absens in Græcia Consul esset electus, Philippum Regem Macedoniæ ad petendam pacem adegit, & postea cum in Italiam venisset, in agro Crotoniensi sub autumno vicit Hannibalem. Hoc anno magnum odiũ & diras obtrectiones conflauit Scipioni scelus Legati Pleminij, qui dominatu vrbis Locrensiũ, quã iussu Scipionis tenebat, ita abusus est, vt omnia quotidianis cædibus, direptionibus ac nefariis stupris compleret, & alia facinora super alia ederet: hac calamitate compulsi Locrenses Legatos Romã miserunt, vbi omnes ferme Senatores, cum hæc cognouissent, culpam in Scipionem cõtulerunt. Quin etiam Fabius Maximus, quem non parum vrebat crescentis Scipionis gloria, intemperantius in absentem inuectus, non dubitauit affirmare, quod ad corrumpendã militarẽ disciplinam esset natus. Obnixe etiam hoc in primis egit, vt Scipioni imperiũ per Tri-

Ann. XV. P. Sempr. Tuditanus & M. Corn. Cethegus Coss.

Tribunos plebis abrogaretur, quod facile perfecisset, nisi Q. Metelli sententia melior obstitisset. Is .n. cæteris Fabio assensus, de Scipionis causa dissensit: ac censuit, Scipionem in dicta causa nequaquã ex prouincia esse reuocandũ, nec temere credendũ vulgatis rumorib. Hac sententia probata decẽ Legati ad Scipionem profecti sunt, vt cõperta oculis omnia Rom. perferrẽt, quib. venientib. iã Syracusas nõ tã verbis q̃ re ipsa Scipio sese expurgauit. Quin in aciem milites educendo, & armamẽtaria, horrea & aliũ belli monstrãdo apparatũ, tantã admirationem Legatis incussit, vt satis crederent, aut illo duce atq; exercitu Carthaginensẽ populũ vinci, aut nullo alio posse, ac iuberent, vt dij bene verterẽt, ac traiicerent. Pleminius autẽ, vt pœnã delicti lueret, captiuus Rom. cum cæteris q̃ in eadem erãt causa, abductus est, & naso auribusq; mutilatus, in carcerẽ est cõiectus, ac ita in vinculis mortuus, priusquã de eo proferretur iudicium. Hæc dum apud Romanos geruntur: Syphax rex ob nuptias, quas cum Sophonisba filia Asdrubalis celebrabat, Scipioni fœdus renunciat. Cum porro hac de re missi essẽt ad Scipionem legati, nuncium ipse, quod attulerant, studiose occultauit, ne alacritas militum frangeretur isto nuncio. Quin hoc potius egit, vt iam negaret diutius cunctandum esse, & tẽpus instare diceret, vt in Africã quã primũ traijceret, vbi mox hoc Imperatoris cõsilio audito tantus omnib. ardor traijciendi fuit, vt nõ ad bellũ, sed ad certa victoriæ præmia duci viderentur. Cum itaque prospera nauigatione in Africam venisset, quadraginta ferme dies obsedit Vticam.

Ann.XVI. *Annus huius belli XVI. Coss. habuit Cn. Seruilium Cæpionem, & C. Seruilium Nepotem. Scipio Carthaginenses, Syphacem & Hannibalem pluribus prælijs vicit, adiuuante Masinissa: & bona hostium castra expugnauit: in quibus XL. millia hominum ferro & igne consumpta sunt. Cum Syphax & Hannibal, qui ex castris expugnatis profugi Carthaginem venerant, exercitum reparauissent: & rursus cum Scipione congressi ac victi fugam arriperent: à Masinissa & Lælio Syphax fugiens captus est: quem Scipio quidem cum infinitis spoliis & plurimis captiuis Romam per Lælium curauit duci: sed in custodia in oppido Tibure defecit: & iussu Senatus honorifice est sepultus. Inde ferme vniuersa Italia Hannibalem deseruit: quem paulo post missis legatis domum reuocauerunt Carthaginenses: vt Scipioni resisteret. Frendens ac gemēs, & vix à lacrymis temperans dicitur Legatorum verba audiuisse: quin mœstum etiam abiisse: & sæpe Italiæ litora respexisse: Deos & homines accusantem, ac se quoque & caput suum exsecrantem: quod non cruentum à Cannensi victoria militem Romam duxisset: Scipionem ad Carthaginem ne quidem ausum: qui Consul hostem in Italia ad Pœnum non vidisset: se cētum millibus armatorum ad Thrasymenum & Cannas cæsis, circa Cumas, Nolam & Casilinum consenuisse. Hæc ita accusans & conquerens, ex diutina possessione Italiæ demum est retractus. Neq; porro silentio prætereunda est memorabilis historia de Masinissa: qui capto Syphace ita adamare cœpit Sophonisbam, eius coniugem, vt eam duceret: & castigatus à Sci-*

Syphax captus Romę sepultus.

à Scipione, misit ei venenum: quo quidem fortiter hausto illa decessit. Verba autem, quibus Scipio eum in viam reuocauit, sic à nonnullis referuntur: Existimo (inquit) te Masinissa, intuentem in me aliqua bona, & inprimis in Hispaniam ad iungendam amicitiam venisse: & nunc in Africa te ipsum & spes omnes tuas in fidem meam commisisse. Atqui nullá earum virtus est, propter quas appetendus tibi fuerim: qua ego æque, atque temperantia & continentia libidinum, gloriatus sum. Hanc te quoq; ad cæteras tuas eximias virtutes Masinissa, adiecisse velim: quia non est (mihi crede) tantum ab hostibus armatis ætati nostræ periculum: quantum à circumfusis vndiq; voluptatib. Qui eas sua temperantia frenauit ac domuit: multo magis decus, & maiorem victoriam sibi peperit: quam nos Syphace victo habemus. Vince animum: caue deformes multa bona vno vitio: & tot meritorum gratiam maiori culpa, quam causa culpæ est, corrumpas.

Anno sequente, qui inprimis etiam Fabij Maximi morte est nobilis, Coss. fuerunt M. Seruilius Geminius, & T. Claudius Nero. Carthaginenses nondum adhuc reuerso Hannibale Legatos ad Scipionem mittunt: quos ipse datis aliquot dierum induciis misit Romã. Cum autem discrepantes essent Patrum sententiæ; aliis nimirũ acceptam ab Hannibale cladem & Punicam perfidiam deplorantibus: & aliis pacis commoda expetentibus: ac præmetientibus simul periculum, quod Romano exercitui, vbi Hannibalem Carthago reciperet, immineret: placuit mitti viros prudentes Ann. XVII

ad Scipionem: cum quibus, quod ex vsu Reipub. videretur; consulere & decernere deberet. Scipio igitur re cum illis deliberata, certas pacis conditiones Carthaginensibus quidem proposuit: sed dum Legati hinc inde ad firmanda fœdera mittuntur: Hannibal in Africam reuersus, exercitum & vires suas, quib. omnino rationibus potest, auget. Receperat iam animum ex reditu Hannibalis multitudo Carthaginensium: ac proinde ciues quidam; etsi Legati nondū redierāt; Scipionis quosdam commeatus, vi ventorum Carthaginem delatos, frustra repugnante Senatu interceperunt. Quin etiam fuerunt, qui nauigia, quibus Legati vehebantur, adorti, quosdam ex Legatis trucidarent: & quosdam Saucios ad Scipionis castra fugere cogerent. Deleti sunt eodem tempore ad Scipionis castra Legati Carthaginensium: quos etsi simili iniuria afficere potuisset Scipio: tamen, ne cum Pœnis perfidia certare videretur; incolumes ad suos redire dimisit. Hac Scipionis clementia permotus Senatus, Scipionem placandum esse censuit: sed ita furenter repugnauit salutaribus consiliis indomita multitudo: vt non modo Senatus illud decretum extreme improbaret: verum etiam paulo post, cum Hannibal Masinissam admoneri fecisset vt tamē memor beneficiorum, quæ puer accepisset in vrbe Carthagine, vbi fuerat educatus; Scipionis animum ad pacem flecteret; non obscure eum accusaret: quod priuatas quasdam commoditates videretur bono publico anteponere: ac serio ipsi mandaret: vt; si vellet boni Imperatoris officio fungi, inducias solueret: quod crescente indies fame bel-

me belli molem non posset diutius ferre. Castra posuerat Scipio ad vrbem nobilem Parthum: quò tres exploratores Hannibal miserat: quos Scipio deprehensos per totum exercitum duci, & omnem apparatum illis monstrari fecit: postea ad Hannibalem misit, vt, quæ vidissent, referrent. Hannibal, cuius castra non procul aberant motus ista comitate; ad Scipionem misit, vt colloquendi secum potestatem faceret: quod & ipsum quoque Scipio non abnuit. Submotis igitur pari spacio armatis cum singulis interpretibus congressi sunt duo maximi suæ ætatis duces, & paulisper alter alterius conspectu, mutua admiratione prope attoniti conticuere. Postea Hannibal sermonem exorsus, cum aliis argumentis, tum vel maxime proposita fortunæ inconstantia; persuadere conatus est: vt æquas pacis conditiones sanciret potius: quam se in fortunæ aleam temere committeret: & quidem diserte petiit pecuniam à Carthaginensibus postulatam ex formula fœderis tolli: Respondit Scipio inter alia: non parum vtilitatis ex Italiæ fuga consecutum esse Hannibalem, si hæc à Scipione impetraret. Et inde ipsi obiecit Pœnorum perfidiam: quæ Romanis non obscuram victoriæ spem polliceretur. Cum itaque frustra verba pacata contulissent: non sine comminationibus vterq; ad suum exercitum rediit ac postero die prælium parauerunt duarum nobilissimarum bello gentium clarissimi duces. Locus prope Samum fuit: in quo, cum diu magnis artibus vtrinque dispositas acies eduxissent: vltimam pugnam, quasi supremas vires effundentes conseruerunt: in qua Ro-

mani non sine multo ac difficili labore fuerunt victores. Cæsa autem & capta ex Carthaginensium copiis supra XL. millia hominum: ex quo prælio Hannibal noctis beneficio ereptus, cum viginti duntaxat Equitibus ad vrbem Tunedum peruenit. Non autem diu est illic commoratus: quod Hispanos equites, quibus diffidebat, plurimos eo confugisse cerneret: sed vnico tantum equite assumpto in vrbem maritimam Adrumetum se recepit: duarum noctium & totidem dierum spacio ter mille stadiis confectis, vt refert Appianus.

Præliũ extremum Hannibalis cũ Scipione.

An. XIIX. Anno proximo creati sunt Coss. P. Ælius Pætus & Cn. Cornelius Lentulus: qui flagrabant cupiditate prouinciæ Africæ: seu bellum foret, facilem victoriam: seu iam finiretur, finiti tanti belli gloriam petens. Cedebat ei collega vir moderatus ac prudens: qui gloriæ eius certamen cum Scipione, præterquam quod iniquum esset, etiam impar futurum cernebat. At plures, quam quingentæ naues in altum productæ, & in conspectu ciuitatis incensæ sunt: ac Scipio pace terra & mari parta, exercitu in naues imposito, in Siciliam traiecit: & inde per Italiam, effusis non modo vrbibus ad capiendos honores: sed agrestium etiã turba obsidente vias: Romam peruenit: ac triumpho omnium clarissimo in vrbem est inuectus: & primus certe Imperator nomine victæ à se gentis nobilitatus.

Scipionis Africani triũphus.

BEL-

BELLVM MACEDONICVM Philippicum.

Bellũ Philippicum Primum.

IN historia Secundi Belli Punici facta est Philippi Macedonum Regis mentio: qui etsi cum Hannibale fœdus iunxerat: tamen à Romanis oppressus fuit in ipsa Macedonia; quo minus in Italiam traiiceret. Victus autem, cum à Romanis impetrasset pacem, occasiones quæsiuit inuadendi vrbem Atticam: & quidem incitatus κακοζηλίᾳ superioris Philippi: qui multum negotij fecerat Atheniensibus: & libertati vrbis erat infensus. Athenienses porro animaduertentes, se ei arcendo minime pares esse: implorauerunt Romanorum auxilium, & id facile impetrarũt. Præterquam enim quod inuisus ipsis quoq; foret Philippus: memores simul erant; se leges, formam iudiciorum, & multa honesta exempla ab Atheniensibus quondam accepisse: ac proinde se illis debere gratitudinem. Missus est igitur in Græciam exercitus: cui aliquandiu quidem Philippus restitit: sed quarto huius belli anno à Flaminio in Thessalia, non procul ab vrbe Scorusa, profligatus, pacem à Romanis petijt. Est autem obseruandum, quod Flaminius parta victoria nõ statim in Italiam sese recepit: sed aliquandiu in Græcia mansit: donec turbatum eius statum componeret. Ac certe fuit excellens virtus, felicitas & moderatio Flaminij: natura tam ad iram, quam ad beneficentiam (vt Plutarchus narrat) promptissimi. Neque vero minori beneuolentia complexus est eos, quibus benefaceret ipse: quam à quibus ipse beneficium accepisset.

Philippus Macedonum rex.

F. Quint. Flaminius

Quotidie in ore habuit, quod hunc vnum thesaurum iudicet præstantißimum esse: si quis homines quam plurimos haberet beneficientia deuinctos. Quin sæpe, fuit professus, se multo magis delectari hominibus, qui aliena ope indigerent: quam qui possent benefacere: quia illos quidem copiosam materiam exercendæ virtutis præbere, sed hos non idem. Narrat præterea etiam Plutarchus; vix vllam rem tanti momenti ad conciliandos Græcorum animos attulisse: ac moderationem & beneficentiam Flaminij. Cum in Panegyrico conuentu Græciæ in Isthmiis recitare iußisset decretum de Græcæ gentis libertate: velle nimirum Romanum populum, vt tota Græcia sit libera, & legibus suis vtatur: tanto cum applausu acceptum est: vt præteruolantes corui præ clamoris magnitudine decidisse ferantur.

Liuius scribit, ciuitatum Legatos, cum eos Flaminius Romam rediturus conuocasset Corinthum & de tuenda libertate monuisset, vocem eius tanquam parentis accepisse: nec lacrymas præ gaudio potuisse continere: adeo vt ipsum quoque dicentem confuderint. Quin multas etiam discordias: quarum arbiter delectus fuit, non tam vi, quam moderatione adhibita, diremit. Vt autem laudem insignis illa comitas Flaminij meretur: ita merito etiam celebratur clementia Romanorum erga Græciam, optimarum artium matrem: quia semper maior in illis erga Græcam gentem, quam erga alios exteros, moderatio fuit. Estque hoc exemplum documento: in bello aliter gentes mitiores & bene meritas esse tractandas:

quam

quam illas quas propter crudelitatem aut turpitudinem opprimi aut deleri necesse est.

BELLVM ASIATICVM SIVE Antiochenum.

Bellum Antiochenum quod & Asiaticum, & Syriacum.

BEllum hoc prima quidem specie propter Antiochi potentiam & felicitatem, qua hactenus vsus fuerat, terribile visum est: sed non vsque adeo multos memorabiles euentus habuit: & biennij spacio est cõfectum. Causa eius fuit Regis φιλαρχία*; qui non contentus regno Asiæ, in Europam quoque terminos sui imperij proferre: & potentiam Romanorum, quam solus sibi impedimento fore metuebat, retundere conabatur. Accedebat ad eam rem Magister non segnis Hannibal: qui patria profugus ad eum se receperat. Eripuerat Antiochus Ptolemæo Philopatro, qui rex Ægypti & adhuc puer erat, inferiorem Syriam, & Ciliciam: huius patrocinium suscipientes Romani quorum opem implorauerat, miserunt legatos ad Antiochum: qui verbo quidem eum cum Philopatro conciliaturi videbantur: re autem vera tentabant, si possent Antiochi impetum reprimere. Sed re infecta reuersi sunt: Superbe .n. respondit Antiochus: mirari sese, quo iure Romani se Asiæ rebus immiscerent: quum ipse non curaret res Italicas. Paulo post bellum aperte contra Romanos mouit, inuadens vrbes quasdam Græciæ quas Romani liberas fecerant. Quẽadmodum autem solent inquieta cõsilia prima specie ampla, sed euẽtu tristia esse: ita & huius regis conatus*

Antiochus III. Magnus Rex Syriæ.

Gell. lib. 5. c. 5.

Ptolomæus Philopater.

M. Acilius Glabrio. aliter, quam sibi proposuerat, cessit. Ac primo quidem anno ad Thermopylas ab Accilio Glab: ione Cos. fusus atque fugatus est: anno autem sequente apud vrbem Magnesiam à L. Scipione acerrimo prælio victus, quũ circiter L. mill. peditum, & quatuor millia equitum amisisset, pacis conditiones recepit: quibus non solum Asia citra Taurum montem ei est ademta, sed etiam inter reliquas conditiones postulatum est à Rege, vt traderet Hannibalem: sed is inclinata acie ad regem Bithyniæ Prusiam concesserat. Habuit tunc L. Scipio Legatum fratrem P. Scipionem Africanum: cuius opera & consilium plurimum illi profuit: & ab euentu huius belli cognomẽ accepit, vt Asiaticus diceretur. Post acceptam cladem per iocum Antiochus dicere est solitus (vt Ma. Cicero narrat) benigne sibi à populo Romano esse factum: quod nimis magna procuratione liberatus, modicis regni terminis vteretur.

L. Scipio Asiaticus.

BELLVM MACEDONICVM II. Persicum.

ETsi Philippus Macedo à T. Flaminio victus, aliquamdiu quieuit, & in fide, quam Romanis dederat, permansit: tamen elapsis aliquot annis, quum ægre ferret Romanos magis, quam ipsi placebat, diminuere potentiam regni Macedonici: denuo molitus est bellum: & exemplo Hannibalis, ingredi cum exercitu Italiam in animo habuit. Muniuit itaq; Macedoniam: & exportauit sumptus ac commeatus ad bellum necessarios: vicinos quoq; reges, Illyricum Gentium, & Thracensem Cotyn sibi adiunxit. Verum in

ipso apparatu mortuus est: quum quidem magis dolore animi ex insontis filij Demetrij nece cõcepto q̃ morbo corporis conficeretur. Ac memoratu dignissima est Liuij de ipsius obitu narratio: quæ confirmat regulam diuini iudicij: quod atrocibus delictis atroces pœnas vniuersaliter denunciat. Cum venisset Amphipol n *Philippus: graui morbo est implicitus, sed animo tamen ægrum magis fuisse, quam corpore constat, cirisque & vigilijs, quum identidem species & vmbræ insontis interempti filij eum diris agitarent, extinctum esse, cum exsecratione alterius. Successit deinde Philippo filius Perseus, non tam regni, quam crudelitatis paternæ hæres: quia regnum parricidio fratris partum, cruentis modis gubernauit: multas edidit tristes Tragœdias: fœdus cum Romanis post mortem patris renouatum multipliciter violauit, & tandem numine ad pœnam deposcente, apertum bellum eis intulit. Etsi autem initia eius bell. successerunt ex Persei sententia, & Romani cum eo vario Marte per triennium pugnantes aliquoties miserabiliter victi sunt: tamen anno quarto fortuna Persei mutata est: misso in Macedoniam L. Æmilio Paulo Cos. viro in tantum laudando, in quantum intelligi virtus potest, filio istius Pauli, qui ad Cannas, quam tergiuersanter perniciosam Reip. pugnam inierat tam fortiter in ea mortem obierat. Qui Perseum ingenti prælio apud vrbem Phytiam in Macedonia fusum ac fugatũ castris exuit, ac deletis eius copiis destitutũ omni spe profugere coëgit è Macedonia: quam l nquens in Insulam Samothracem profugit: et*

Liu. lib. 10. c. 4.

Sanantur nulla vulnera cordis ope.

Perseus.

religioni templi se supplicem credidit. Ad eum Cn. Octauius Consul qui classi praeerat, peruenit: & ratione magis, quam vi persuasit, vt se potestati & fidei Romanorũ committeret: quum quidem ad primam vocem praeconis omnes ministri regij ad Romanos transirent: & vnus ex iis filiolum regis natu minimum Alexandrum Octauio traderet: ne quisquam cum Rege maneret: nisi vnicus filius Philippus natu

Perseus Philippi F.

Maximus. Tunc igitur Perseus diadema regium ex fraterna caede raptum, in templo Samothracum, velut praesente Deo exigente poenam, ad pedes Octauij prostratus posuit, seque & filium Philippum ei tradidit: abductus est inde ad castra, praemissis ad consulem literis: vt in potestate eum esse & adduci sciret. Neque alias ad vllum spectaculum tãta multitudo concurrit. Plurimi .n. mouebantur homines genere Persei, ab Alexandro Magno qui summum imperium in vrbe terrarum Macedonicum fecerat, ducto. Pullo amictus pallio Perseus ingressus est castra; nullo suorum comite & progredi prae turba occurrẽtium non potuit donec Cos. lictores misit, qui submouendo iter ad Praetorium facerent. Consurrexit Cos. & iussis sedere aliis progressus paulum, introeunti Regi dextram porrexit: submittentem que se ad pedes sustulit: nec attingere genua passus, introductum in tabernaculum aduersus aduocatos in consilium considere iussit. Prima percontatio fuit, qua coactus iniuria contra populum Romanum bellum tam infesto animo suscepisset: quo se regnumque suum ad vltimum discrimen adduceret. Quum responsum expectan-

spectan-

ſpectantibus cunctis terram intuens diu tacitus fle-ret: rurſum Conſul: Si (inquit) iuuenis regnum ac-cepiſſes: minus equidem mirarer, ignoraſſe te, quam grauis aut amicus, aut inimicus eſſet populus Roma-nus: nunc vero quum & bello patris tui quod nobiſ-cum geßit, interfueris: & noſtram vim ac fidem ex-pertus ſis: quale conſiliũ tuum fuit q̃ bellũ, quam pa-cem, maluiſti? Nec interrogatus, nec accuſatus quum reſponderet: vtcunq; tamen hæc (inquit Æmilius) ſi-ue errore humano, ſiue caſu, ſiue neceßitate accide-runt, bonũ animũ habe: multorũ regũ caſib. cognita pop. Rom. clementia, non modo ſpem tibi, ſed prope certam fiduciam ſalutis præbet. Hæc Græco ſermone Perſeo: Latine deinde ſuis: Exemplum inſigne cernitis (inquit) mutationis rerum humanarum: vobis hoc præcipue dico iuuenes: ideo in ſecundis reb. nihil quẽ-quam ſuperbe aut violenter conſulere decet: nec præ-ſenti credere fortunæ: quum quid veſper ferat, incer-tum ſit. Is demũ vir erit, cuius animum nec proſpera fortuna flatu ſuo efferet, nec aduerſa infringet. Atq; hic finis fuit belli cum Perſeo. Æmilius porro ante reditum in Italiam leges Macedoniæ dedit, cum tan-ta cura: vt non hoſtibus victis, ſed ſociis bene meritis dare videretur: & quas ne vſus quidem longo tẽpore qui vnus eſt legum corrector, experiendo corrigeret. Inde Romam excitus, belloque reuerſus, maximũ no-bilißimumque Regem in triumpho duxit: quo anno & Octauij Prætoris, & Anicij regem Illyriorum Gen-tium ante currũ agentium triumphi fuere celebres. Cn. Octa-uius L. A-nicius.

Quo triumpho Plutarchus tantam vim pecuniæ

à Pau-

à Paulo illatam scribit: vt ciues vsque ad Hircium & Pansam Coss. tributum nullum contulerint. Florus & Velleius bis millies centies HS. in ærarium ab eo illatum prodit: summam omnis captiui auri argentique translati HS. millies ducenties fuisse Valerius Antias tradit, auctore Liuio. Palma enata bis in Capitolio, bello Persei victoriam triumphosq; portendit, teste Plinio lib. 17. Quam vero sit aßidua eminentis fortunæ comes inuidia, altißimisque adhæreat; etiam hinc colligi potest: quod quum Anitij Octauijque triumphum nemo interpellaret, fuere qui Pauli impedire obniterentur. Huic Æmilio sex filij fuere: ex his duos natu maiores, vnum P. Scipioni, P. Africani filio, nihil ex paterna maiestate, præter spem nominis vigoremque eloquentiæ retinenti in adoptionem dederat: alterum Q. Fabio Maximo emancipauerat: Duos minores natu prætextatos, quo tempore victoriam adeptus est, habuit. Is quum in concione extra vrbem, more maiorum, ante triumphi diem: ordinem suorum actorum commemoraret: Deos immortales precatus est, si quis illis inuideret operibus, vt pro tot & tantis bonis exiguum aliquod malum daret, & in ipsum potius sæuiret, quam in Rempub. Huic voto euentus respondit, nam alterum ex filiis, quos in familia retinuerat, ante paucos dies triumphi, alterum post pauciores dies amisit. Hunc casum tanto animo tulit: vt in concione diceret, recordationem secundæ fortunæ Reipublicæ, facile memoriam domesticæ calamitatis ex animo suo delere. Peracto triumpho, quum Perseus & duo ipsius filij in carcerem essent abducti:

P. Scipio Æmilianus.

Æmilius impetrauit, vt Albæ in loco minus tetro, & custodiæ libera à militibus custodirentur: in qua etiã mortui sunt: sed filius eius Alexander natu minimus, teste Eutropio, Romæ fabricam ærariam didicit vt inopiæ succurreret.

BELLVM ACHAICVM.

NOtum est, quæ fuerit olim Græcæ gentis virtus, & quomodo sensim defloruerit: donec ad extremum omne decus pristinum amisit. Fuit autem florentißima ab eo tempore, quo infusos Persas magno animo repreßit, vsque ad funestum bellum Peloponesiacum: in quo duæ potentißimæ vrbes Athenæ & Sparta hostiliter de principatu, quem hactenus Attici obtinuerãt, dimicarunt. In eo bello vrbs Attica victa à Spartanis in tristem seruitutem redacta est: quum & muri ad cantum tibiarum deijcerentur: & Reipub. gubernatio committeretur Tyrannis triginta. Etsi autem paulo post ea vindicata, tum à Thrasybulo, tum à Conone rursus respirauit aliquantulum: tamen concussa aßiduis motibus nunquam integras vires recepit: sed veluti corpus morbo Chronico obnoxium, paulatim defecit. Athenæ captæ.

Anno XXIX. post captas Athenas victrix Sparta in simili calamitate hæsit: quum quidem à Thebanis, ductu & auspicio Epaminondæ, in pugna Leuctrica maximam stragem tulisset: & paulo post Epaminõdas ab Atheniensibus attractus, agrum Spartanum ferro & igne vastaret. Neque vero diu Thebani reti- Sparta.

tinue-

tiuerunt imperium Spartanis ereptum: sed ab Alexãdro Magno funditus deleti sunt. Nec multo plures anni sunt ab eo tempore, quo captæ sunt Athenæ, vsque ad Thebanum excidium, quam sexaginta: Adeo exiguo tempore nobilissimæ vrbes Græciæ, Athenæ, Sparta, & Thebæ imperium amiserunt. Omitto hic narrationem, quo pacto Macedones attracti fuerint in Græciam: & irritati speciosis quidem, sed tamen polypragmonicis consiliis: quum quidem vtraque vrbs prætextu libertatis imperium affectaret. Non etiam recitabo, quam varios tumultus, quas tyrannides, & quas gubernationis vices tota Græcia, posteaquam Macedonibus patuit, experta sit: quum & exterorum incursionibus, & domesticis insidiis vexaretur: ac tyrannorum quoque crudelitas in multis vrbibus eminentioribus accederet, quos confirmabat Macedonum potentia.

Thebæ captæ.

Ista omnia hic persequi nimis longum esset: satis igitur erit hoc loco, quo historia de bello Achaico exponenda est, indicare; quo pacto tandem Græcia Romanis facta sit tributaria. Ac qua ratione Romani primum in Græciam venerint, in historia Philippi Regis Macedonum paulo ante dictum est: Deinceps igitur dicendum: quomodo occasione belli Achaici redacta fuerit in formam prouinciæ quum antea T. Flaminij decreto relicta esset libera καὶ αὐτόνομος. Fuit autem Achaica regio littoralis in Peloponneso, versus septentrionẽ inter Eleã & Sicyoniam, sita: olim (vt ait Plinius) XII. ciuitates Græciæ complectens: quarum quædam in terræ motu quodam hiatu absorpta

Bellum Achaicum; quod & Macedonicũ III. nominatur. Achaia.

ptæ sunt. Ac valde prædicat Polybius optimam constitutionem Reipub. qua priscis temporibus vsi fuerunt Achæi & affirmat, quod etiam reliqui populi plerique in Peloponneso, se ad eius imitationem composuerint licet alias Achaia in bellis minus esset celebris: & postmodum vrgeretur, cum Macedonum; tum vel maxime Lacedæmoniorum irruptionibus.

Mortuo autem Alexandro ait Polybius non tantum inter Achiuos & cæteros Peloponnesios, sed etiam inter ipsas vrbes dissensionem obortam esse: cuius causa fuerunt motus regni Macedonici: qui multorum Tyrannidi in Græcia fenestram aperuerunt: Extitisse postea Aratum libertatis vindicem: qui ex multis locis Tyrannos excusserit; & Achæis coniunxerit inter alias ciuitates etiam Corinthum. Hanc postea: quum Flaminius in Græcia dissensiones componeret, licet etiam defecerat, tamen sese cum Achiuis coniunxisse auctor est Pausanias: atque ex eo tempore Achiuos fuisse Romanorum socios: aluisse tamen nihilominus simultates contra vicinos Lacedæmonios: quos semper habuerat infensos: Itaque aliquanto post quum Sparta tyrannide liberata esset, non tantum traxisse Lacedæmonios ad syllogum Achaicum, sed & mœnia Spartana deiecisse, & mutasse multa in ipsorum disciplina. Hæc fuerunt prima semina belli Achaici. Lacedæmonij enim quum iam pax esset inter Romanos & Philippum, & Q. Cæcilius Metellus, qui postea Prætor

in Ma-

Q. Cæcilius Metellus.
De hoc Metello Vell. Paterculus sic scribit. Post victũ captumq; Perseum, qui quadriennio post Albæ in custodia libera decessit, Pseudo Philippus à mendacio simulatę originis appellatus qui se Philippum regiæq; stirpis ferebat, assumti regni insignib. breui temeritatis pœnas dedit: QuippeQ. Metellus PR. cui ex virtute Ma cedonici nomen inditum, præclara victoria ipsum gentemque superauit: & immani etiam Achæos rebellare incipientes fudit acie, Hic est Metellus Macedonicus, qui porticus quæ fuere circundatæ

in Macedonia factus est, Legatus venisset in Græciam; accusarunt apud Metellum Achiuos: & multum cõquesti de acceptis iniuriis, apud eum impetrarunt, vt conuocaret Achiuorum Synedrium. Sed quum nollent comparere Achiui; quatenus nõ expressum mandatum à Senatu afferretur: Legati existimantes se contemni, grauiter apud Senatum accusarunt ipsorum contumaciam: & accesserunt præterea Legatorum Spartanorum, qui tum Romã venerunt, q̃rimonia q̃ cuncta magnã inuidiã conflarũt Achiuis: ita vt Legati omnes qui postea in ipsorum & Lacedæmoniorum negocio mittebantur, Achiuis iniquiores essent: & decreta ipsis asperiora proponerent. Accidit postea, vt quidam Achiuus, nomine Callicrates, boni quidem viri speciem præ se ferens, sed reuera patriæ proditor, assentando sese insinuaret in Romanorũ Legatorum gratiam & nactus occasionem non dubitaret affirmare omnes Achiuorum duces fuisse à partibus Persei. Etsi autem hoc impudens mendacium graui oratione in publico conuentu refutatum est: tamen quia semper aliquid hæret, quando sparguntur calumniæ, non potuerunt Achiui illam maculam à Callicrati Aspersam penitus eluere. Itaque omnes, quos Callicrates nominarat, quorum erant plures quam mille, Romam ire iussi sunt: Eo quum venissent, Senatus non cognita causa, quam sperabat per Legatos

fundatæ duabus ædibus sine inscriptione positis; quæ nunc Octauiæ porticibus ambiuntur, fecerat: quique hanc turmam statuarum equestrium; quæ frontem ædium spectant, hodieque maximum ornamentum eius loci ex Macedonia detulit: cuius turmæ hanc causam referunt: Magnum Alexandrum impetrasse à Lysippo, singulari talium auctore operum; vt eorum equitum, qui ex ipsius turma apud Granicum flumen ceciderāt, expressa similitudine figurarum, faceret statuas: & ipsius quoque iis interponeret. Hic idem omnium primus Romæ ædem ex marmore in iis ipsis monimentis molitus, vel magnificentiæ vel luxuriæ princeps fuit. Vix vllius gentis, ætatis, ordinis hominem inueneris: cuius felicitatem fortunæ Metelli compares. Nam præter excellentes triumphos honoresque amplissimos, & principale in Repub. fastigium, extentumque vitæ spacium & acres innocentesque pro Repub. contentiones cū inimicis; quatuor filios sustulit; omnes adultæ ætatis vidit: omnes reliquit superstites & honoratissimos: mortui eius lectum pro rostris sustulerunt quatuor filii: vnus Consularis & Censorius, alter Consularis, tertius Consul, quartus Candidatus Consulatus, quem honorem adeptus est. Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare quam mori.

tos iam esse vindicatam, curauit eos passim distribui in vrbes Italiæ: ibique annos sedecim detenti sunt; frustra intercedentibus Achiuis: donec tandem quum hac ipsa custodia satis puniti viderentur, rursus sunt dimissi: ex omni autem numero CCC. solummodo aut etiam pauciores in patriam redierunt reliqui exspirarunt in custodia. Interim erat Legatus quidem in Græcia Gallus nomine; qui multa superbè faciebat: & cum Lacedemoniis, qui Achiuos negligerent, iudiciis omnibus præficiebat Callicratem donec tandem Achiui adiuti à Thebanis apertum bellum mouerent contra Lacedamonios. Erat iam apud eos cum imperio Critolaus, vir Romanis admodum infestus: is,

quum Romanorum commissarij postularent conuentum per ipsum indici, parere illis recusauit: significãs esse Legatorum, vt eos conuocarent: se nisi omnes Achiui consentirent, nihil audere suscipere: sed clam literas misit in vrbes, quibus eas à cõuentu dehortabatur. Certior igitur factus Senatus de Achiuorum conatibus, contumaciter eos agere iudicauit: ac Cos. designato L. Mũmio terra mariq; bellum contra Achiuos commisit. Habebat tunc Metellus Prætor copiãs circa Macedoniam: ei mandat Senatus, vt dum Consul adueniat, ipse interea in Græcia, quid ex re Romanorum sit videat. Metellus igitur, vt belli gloriam Mummio præriperet, æquißimas conditiones Achiuis proposuit: quibus eos ad deponenda arma inuitauit. Cum autem nihil posset impetrare: processit per Macedoniã versus angustias, quæ sunt inter Thermopylas & Heracleã: quam audiuerat obsideri à Critolao Achiuorũ duce. Tũ Critolaus cognito eius aduentu fugam arripuit: nec postea vnq̃ visus fuit vlli hominum. Metellus porro Achiuorũ exercitũ duce destitutũ facile vicit. Inde per agrum Thebanum, in quo oppreßis quibusdam equitib. qui occurrerant, magna moderatione vtebatur, in Isthmũ contendit: vbi erant Achiuorũ copiæ. Eo quũ venisset, denuo pacẽ Achiuis obtulit: sed quo minus eam reciperent, obstabat sua stultitia dux Dicæus, qui in Critolai locum fuerat substitutus. Ac narrant nonnulli, quod tunc legati in vrbe Corintho lotio perfusi fuerint. Dum hæc in Græcia geruntur, Cos. Mummius repente venit in castra, & dimisso statim Metello, quem iubebat regredi in Macedo-

L. Mummius Cos.

Dicæus.

cedoniam, ipse belli curam suscipit: & prope Corinthum Achiuos vincit: ac tertio die à prælio Corinthũ vi expugnat: orbem toto tunc orbe terrarum clarissimam: omnium .n. artificum & artificiorum officina, & Emporium commune Asiæ atque Europæ per multa secula fuerat. Capta vrbs direptioni data est, & incensa: sicque omnia cædibus & flammis expleta sunt, vt ex multorum ambitu quasi è camino in vnũ apicem conglobatus ignis erumperet.

Corinthus expugnata à Mummio & deleta.

Hic finis fuit vrbis Corinthi: ex qua infinitam prædam Romani reportarunt. Vrbem hanc postea reparauit C. Iulius Cæsar: qui & Carthaginem eodẽ anno, quo Corinthus deleta est, excisam restituit, vt habet Pausanias in Corinthiacis. Corintho funditus diruta, omnium munitarum vrbium, quæ sese Romanis opposuerant, mœnia deiecta sunt: & arma ciuibus erepta: ac tributum Græciæ impositum: sublati etiam Græcæ gentis conuentus: & edicto cautum, ne quis ex opulentioribus arcem in editiore loco poneret. Annis tamen paucis elapsis multa de hac seueritate mitigata sunt: qua in re non parum Græcis profuit Polibius scriptor historicus: qui P. Scipioni Africano Minori familiaris, & apud Romanos in magno precio erat: sed tamen semper Proconsul Græciam administrauit.

Corinthus & Carthago à Iul. Cæs. restaurata.

BELLVM PVNICVM TERtium.

C*Ongruit tempus excisæ Carthaginis cum Corinthi excidio: nam vno eodemq́ anno duæ illæ*

vrbes florentißimæ deletæ sunt: quarum altera oculus Græciæ fuit: altera Romani imperij æmula. Causa vera quæ arma Romana denuo in Africam pertraxit, & πανολεθρίαν Carthagini attulit, fuit: siue suspicio ex crescente denuo eius potentia accepta: siue, (vt Paterculus vult) inuidia imperij. Nam per annos CXV. aut bellum inter Carthaginenses & Romanos, aut belli præparatio, aut pax infida fuerat: neque se Roma, iam terrarum orbe superato, securam sperabat fore: si nomen vsque stantis maneret Carthaginis. Adeo odium certaminibus ortum vltra metum durat: & ne inuictis quidem deponit: neque ante inuisum esse desinit, quam esse desiit. Occasionem autem præbuit Romanis bellum, quod ob ἐχημαλίαν Carthaginenses mouisse Masinissæ regi, qui erat populi Romani socius, intulerant. Quum enim Romani missis ad eos conciliãdos legatis multa iniqua ferrent de Carthaginensibus iudicia: & Masanissæ extra æquitatem multa concederent: irritati sunt Carthaginensium animi: nihil tamen aperte ausi fuerunt contra Romanos suscipere. Tandem Senatusconsulto decretum est: vt vrbs Carthago, quoniam non videretur quietura, euerteretur: dato alio loco ciuibus, in quo vrbem conderent. Etsi autem P. Scipio Nasica acerrimus fuit dissuasor: quod diceret, hanc seueritatem à Romana clementia esse alienam: & sublata illa vrbe, fore vt tolleretur Cos. Romanæ rubiginis: tamen vicit M. Catonis sententia, qui contendebat delendam esse: quod nihil tutum Romanis esse, imo ne libertas quidem retineri posse videretur, stante Carthagine.

Paterculi verba.

Causã deletæ Carthaginis exponit M. Cicero in orat. Contra Rullũ: quod cum hominum copiis, tũ ipsa natura ac loco, succincta portibus, armata muris, excurrere ex Africa, imminere ita fructuosissimis insulis populi Rom. vide

gine. Meminit huius rei etiam Plinius lib. 15. c. 18. cuius locum huc ascribere de occasione deletæ Carthaginis minime pigebit. Cato (inquit) perniciali odio „ Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxi- „ us: quum clamaret omni Senatu Carthaginem delẽdam, attulit quodam die in curiam, precocem ex ea „ prouincia ficum; ostendensq́ patribus: Interrogo vos „ (ait) quando hoc pomum demptum putatis ex arbo- „ re? Quum inter omnes recens esse constaret: Atqui „ tertium (inquit) ante diem scitote decerptum Car- „ thagine, tam prope à muris habemus hostem. Statimque sumptum est Punicum tertium bellum: quo Carthago deleta est: quanquam Catone anno sequẽte ra- „ pto. Quid primum in eo miremur? curam ingenij, an „ occasionem fortuitam? celeritatem ne cursus, an ve- „ hementiam viri? Supra omnia quiddam est: quo nihil „ equidem duco mirabilius: tantam illam vrbem, & de „ terrarum orbe per CXX. annos vrbis æmulam, vnius „ pomi argumento euersam: quod nõ Trebia, aut Thra- „ simenus, non Cannæ busto insignes Romani nominis „ perficere potuere: non castra Punica ad tertium lapi- „ dem vallata, portaq́ Collina adequitans ipse Hanni- „ bal: tanto propius Carthaginem pomo Cato admouit. „ Hactenus Plinius. Publico itaque decreto susceptum „ est tertium Bellum Punicum & missus exercitus in Africam, anno Vrbis DCV. & mandatum Coss. datum, ne prius inde discederent, quam vrbem solo æquassent. Parebant illis, quum in Africam venissent, Carthaginenses: & non solum tradebant obsides trecentos, nobilissimos pueros, sed etiam magnam armo-

Pomũ Catonis.

Claud. Vnimanus. *contra eum missus: non tantum non aboleuit anteą acceptam ignominiam, sed etiam auxit. Nam congressus cum Viriato, omnes, quas secum adduxerat, copias, maximasque vires Romani exercitus amisit: ac Viriatus trabeas, fasces, cæteraque insignia Romana in montibus in quibus trophæum erexerat, affixit.*

C. Lælius Q. Fabius Maximus. *Scribit autem Cicero lib. Offic. 2. quod C. Lælius, qui dictus fuit sapiens, primus hunc hostem comminuerit: ferocitateque eius repressa, facile bellum tradiderit successoribus. Inde igitur Q. Fabius Maximus (vt Florus annotat) contra eum dimicans, plurimas vrbes Lusitaniæ recepit.*

Mors Viriati. *Hoc tamen in eo improbatum est: quod pacē fecit æquis conditionibus cum Viriato: quum ad eum exstirpandum potius omnes suos conatus conferre debuisset. Tandem Viriatus à Proditoribus consilio Cæpionis Consulis interemptus est: & non sine summo luctu sui exercitus magnifice sepultus: quum quidem bellum contra Romanos gessisset annos quaduordecim: & in plurimis præliis fuisset superior. atque in hoc Romani virtutis pristinæ ediderunt specimen: quod eius percussores, quos tamen ipsi conduxerant, indignos præmio iudicauerunt: negantes nimirum Romanis vnquam placuisse, à suis militibus Imperatores interfici.*

Dec. Iun. Brutus. *Tunc demum Decius Iunius Brutus Consul Lusitaniam ad Oceanum vsque perdomuit.*

BEL-

BELLVM NVMANTINVM, ET Seditio Gracchana.

Numantiæ excidium.

SCipio Æmilianus anno XIV. post euersam Carthaginem deleuit vrbem Numantiam in Celtiberia sitam: vbi Romani exercitus aliquoties fuerant trucidati. Huius autem vrbis excidium terribilius exemplum est excidio Carthaginis; quia cum propter famem defendere vrbem ciues diutius non possent: inflammarunt eam ipsi: & sese partim igne, partim ferro, partim denique veneno perdiderunt. Postea Scipio ruinas funditus deleuit: & agros vicinis attribuit: & ordinata prouincia pacem in ea parte Hispaniæ restituit. Absente eo Romæ magnæ seditiones motæ sunt propter leges Agrarias: quas initio bono studio Tiberius Gracchus tulerat: fauentibus etiam Lælio & Scæuola. Sed ad bonam causam postea addidit Gracchus turbulenta consilia: & contentione creuit discordia ac plures causæ cumulatæ sunt: sicut de Lite ait Homerus:

P. Scipio Æmilianus.

Parua metu primo, mox sese attulit in auras,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila cōdit.

Et quia sæpe bona causa male agendo corrumpitur: ideo à Salamone dicitur: Quod iustum est, iuste persequaris.

Sciant autem Iuniores, in aliis historiis Agrariam Legem significare distributiones possessionum: in quas noui coloni introducebantur. Sed in Tiberij historia

Vell. Patere; Tib. Grachus vir alioqui vita innocētissimus ingenio florentissimus,

proposito sanctissimus, & tantis denique virtutibus adornatus:

Q. Cæcilius Metellus.

De hoc Metello Vell. Paterculus sic scribit. Post victū captumq; Perseum, qui quadriennio post Albæ in custodia libera decessit, Pseudo Philippus à mendacio simulatæ originis appellatus qui se Philippum regiæq; stirpis ferebat, assumti regni insignib. breui temeritatis pœnas dedit: Quippe Q. Metellus PR. cui ex virtute Macedonici nomen inditum, præclara victoria ipsum gentemque superauit: & immani etiam Achæos rebellare incipientes fudit acie. Hic est Metellus Macedonicus, qui porticus quæ fuere circundatæ

in Macedonia factus est, Legatus venisset in Graciam; accusarunt apud Metellum Achiuos: & multum cōquesti de acceptis iniuriis, apud eum impetrarunt, vt conuocaret Achiuorum Synedrium. Sed quum nollent comparere Achiui; quatenus nō expressum mandatum à Senatu afferretur: Legati existimantes se contemni, grauiter apud Senatum accusarunt ipsorum contumaciam: & accesserunt praterea Legatorum Spartanorum, qui tum Romā venerunt, q̄rimonia q̄ cuncta magnā inuidiā conflarūt Achiuis: ita vt Legati omnes qui postea in ipsorum & Lacedamoniorum negocio mittebantur, Achiuis iniquiores essent: & decreta ipsis asperiora proponerent. Accidit postea, vt quidam Achiuus, nomine Callicrates, boni quidem viri speciem præ se ferens, sed reuera patriæ proditor, assentando sese insinuaret in Romanorū Legatorum gratiam & nactus occasionem non dubitaret affirmare omnes Achiuorum duces fuisse à partibus Persei. Etsi autem hoc impudens mendacium graui oratione in publico conuentu refutatum est: tamen quia semper aliquid hæret, quando sparguntur calumniæ, non potuerunt Achiui illam maculam à Callicrati Aspersam penitus eluere. Itaque omnes, quos Callicrates nominarat, quorum erant plures quam mille, Romam ire iussi sunt: Eo quum venissent, Senatus non cognita causa, quam sperabat per Legatos

fundatæ duabus ædibus sine inscriptione positis, quæ nunc Octauiæ porticibus ambiuntur, fecerat: quique hanc turmam statuarum equestrium; quæ frontem ædium spectant, hodieque maximum ornamentum eius loci ex Macedonia detulit: cuius turmæ hanc causam referunt: Magnum Alexandrum impetrasse à Lysippo, singulari talium auctore operum; vt eorum equitum, qui ex ipsius turma apud Granicum flumen ceciderāt, expressa similitudine figurarum, faceret statuas: & ipsius quoque iis interponeret. Hic idem omnium primus Romæ ædem ex marmore in iis ipsis monimentis molitus, vel magnificentiæ vel luxuriæ princeps fuit. Vix vllius gentis, ætatis, ordinis hominem inueneris: cuius felicitatem fortunæ Metelli compares. Nam præter excellentes triumphos honoresque amplissimos, & principale in Repub. fastigium, extentumque vitæ spacium & acres innocentesque pro Repub. contentiones cū inimicis; quatuor filios sustulit; omnes adultæ ætatis vidit: omnes reliquit superstites & honoratissimos: mortui eius lectum pro rostris sustulerunt quatuor filii: vnus Consularis & Censorius, alter Consularis, tertius Consul; quartus Candidatus Consulatus; quem honorem adeptus est. Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare quam mori.

tos iam esse vindicatam, curauit eos passim distribui in vrbes Italiæ: ibique annos sedecim detenti sunt; frustra intercedentibus Achiuis: donec tandem quum hac ipsa custodia satis puniti viderentur, rursus sunt dimissi: ex omni autem numero CCC. solummodo aut etiam pauciores in patriam redierunt reliqui exspirarunt in custodia. Interim erat Legatus quidem in Græcia Gallus nomine; qui multa superbe faciebat: & cum Lacedemoniis, qui Achiuos negligerent, iudiciis omnibus præficiebat Callicratem donec tandem Achiui adiuti à Thebanis apertum bellum mouerent contra Lacedamonios. Erat iam apud eos cum imperio Critolaus, vir Romanis admodum infestus: is,

quum Romanorum commissarij postularent conuentum per ipsum indici, parere illis recusauit: significās esse Legatorum, vt eos conuocarent: se nisi omnes Achiui consentirent, nihil audere suscipere: sed clàm literas misit in vrbes, quibus eas à cōuentu dehortabatur. Certior igitur factus Senatus de Achiuorum conatibus, contumaciter eos agere iudicauit: ac Cos. designato L. Mūmio terra mariq; bellum contra Achiuos commisit. Habebat tunc Metellus Prætor copias circa Macedoniam: ei mandat Senatus, vt dum Consul adueniat, ipse interea in Græcia, quid ex re Romanorum sit videat. Metellus igitur, vt belli gloriam Mummio præriperet, æquißimas conditiones Achiuis proposuit: quibus eos ad deponenda arma inuitauit: Cum autem nihil posset impetrare: proceßit per Macedoniā versus angustias, quæ sunt inter Thermopylas & Heracleā: quam audiuerat obsideri à Critolao Achiuorū duce. Tū Critolaus cognito eius aduentu fugam arripuit: nec postea vnq̄ visus fuit vlli hominum. Metellus porro Achiuorū exercitū duce destitutū facile vicit. Inde per agrum Thebanum, in quo oppreßis quibusdam equitib. qui occurrerant, magna moderatione vtebatur, in isthmū contendit: vbi erant Achiuorū copiæ. Eo quū venisset, denuo pacē Achiuis obtulit: sed quo minus eam reciperent, obstabat sua stultitia dux Dicæus, qui in Critolai locum fuerat substitutus. Ac narrant nonnulli, quòd tunc legati in vrbe Corintho lotio perfusi fuerint. Dum hæc in Græcia geruntur, Cos. Mummius repente venit in castra, & dimisso statim Metello, quem iubebat regredi in Macedo-

L. Mummius Cos.

Dicæus.

cedoniam, ipse belli curam suscipit: & prope Corinthum Achiuos vincit: ac tertio die à prælio Corinthũ vi expugnat: orbem toto tunc orbe terrarum clarissimam: omnium .n. artificum & artificiorum officina, & Emporium commune Asiæ atque Europæ per multa secula fuerat. Capta vrbs direptioni data est, & incensa: sicque omnia cædibus & flammis expleta sunt, vt ex multorum ambitu quasi è camino in vnũ apicem conglobatus ignis erumperet.

Corinthus expugnata à Mummio & deleta.

Hic finis fuit vrbis Corinthi: ex qua infinitam prædam Romani reportarunt. Vrbem hanc postea reparauit C. Iulius Cæsar: qui & Carthaginem eodẽ anno, quo Corinthus deleta est, excisam restituit, vt habet Pausanias in Corinthiacis. Corintho funditus diruta, omnium munitarum vrbium, quæ sese Romanis oppofuerant, mœnia deiecta sunt: & arma ciuibus erepta: ac tributum Græciæ impositum: sublati etiam Græcæ gentis conuentus: & edicto cautum, ne quis ex opulentioribus arcem in editiore loco poneret. Annis tamen paucis elapsis multa de hac seueritate mitigata sunt: qua in re non parum Græcis profuit Polibius scriptor historicus: qui P. Scipioni Africano Minori familiaris, & apud Romanos in magno precio erat: sed tamen semper Proconsul Græciam administrauit.

Corinthus & Carthago à Iul. Cæs. restaurata.

BELLVM PVNICVM TERtium.

CОngruit tempus excisæ Carthaginis cum Corinthi excidio: nam vno eodemq; anno duæ illæ

vrbes florentissimæ deletæ sunt: quarum altera oculus Græciæ fuit: altera Romani imperij æmula. Causa vera quæ arma Romana denuo in Africam pertraxit, & πανολεθρίαν Carthagini attulit, fuit: siue suspicio ex crescente denuo eius potentia accepta: siue, (vt Paterculus vult) inuidia imperij. Nam per annos CXV. *aut bellum inter* Carthaginenses & Romanos, *aut belli præparatio, aut pax infida fuerat: neque se Roma, iam terrarum orbe superato, securam sperabat fore: si nomen vsque stantis maneret* Carthaginis. *Adeo odium certaminibus ortum vltra metum durat: & ne inuictis quidem deponit: neque ante inuisum esse desinit, quam esse desiit.* Occasionem autem *præbuit* Romanis *bellum, quod ob* ἐχημαλίαν Carthaginenses *mouisse Masinissæ regi, qui erat populi Romani socius, intulerant. Quum enim* Romani *missis ad eos conciliādos legatis multa iniqua ferrent de* Carthaginensibus *iudicia: &* Masanissæ *extra æquitatem multa concederent: irritati sunt* Carthaginensium *animi: nihil tamen aperte ausi fuerunt contra* Romanos *suscipere.* Tandem Senatusconsulto *decretum est: vt vrbs* Carthago, *quoniam non videretur quietura, euerteretur: dato alio loco ciuibus, in quo vrbem conderent. Etsi autem* P. Scipio *Nasica acerrimus fuit dissuasor: quod diceret, hanc seueritatem à Romana clementia esse alienam: & sublata illa vrbe, fore vt tolleretur* Cos. *Romanæ rubiginis: tamen vicit* M. Catonis *sententia, qui contendebat delendam esse: quod nihil tutum* Romanis *esse, imo ne libertas quidem retineri posse videretur, stante* Carthagine.

Paterculi verba.

Causā deletæ Carthaginis exponit M. Cicero in orat. Contra Rullū; quod cum hominum copiis, tū ipsa natura ac loco, succincta portibus, armata muris, excurrere ex Africa, imminere ita fructuosissimis insulis populi Rom. videbatur.

gine. Meminit huius rei etiam Plinius lib. 15. c. 18. cuius locum huc ascribere de occasione deletæ Carthaginis minime pigebit. Cato (inquit) perniciali odio „ Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxi- „ us: quum clamaret omni Senatu Carthaginem delē- „ dam, attulit quodam die in curiam, precocem ex ea „ prouincia ficum; ostendensq; patribus: Interrogo vos „ (ait) quando hoc pomum demptum putatis ex arbo- „ re? Quum inter omnes recens esse constaret: Atqui „ tertium (inquit) ante diem scitote decerptum Car- „ thagine, tam prope à muris habemus hostem. Statim- que sumptum est Punicum tertium bellum: quo Car- thago deleta est: quanquam Catone anno sequēte ra- „ pto. Quid primum in eo miremur? curam ingenij, an „ occasionem fortuitam? celeritatem ne cursus, an ve- „ hementiam viri? Supra omnia quiddam est: quo nihil „ equidem duco mirabilius: tantam illam vrbem, & de „ terrarum orbe per CXX. annos vrbis æmulam, vnius „ pomi argumento euersam: quod nō Trebia, aut Thra- „ simenus, non Cannæ busto insignes Romani nominis „ perficere potuere: non castra Punica ad tertium lapi- „ dem vallata, portæq; Collinæ adequitans ipse Hanni- „ bal: tanto propius Carthaginem pomo Cato admouit. „ Hactenus Plinius. Publico itaque decreto susceptum „ est tertium Bellum Punicum & missus exercitus in Africam, anno Vrbis DCV. & mandatum Coss. datum, ne prius inde discederent, quam vrbem solo æquassent. Parebant illis, quum in Africam venissent, Carthaginenses: & non solum tradebant obsides trecentos, nobilissimos pueros, sed etiam magnam armo-

Pomū Catonis.

rum copiam deponebant. Sed quum Coſs. illis non contenti insuper poſtularent, eos vrbe decedere, & alibi quærere domicilium: quod Romæ concluſum ita eſſet, vt vrbs deleretur, tum qui ex vrbe Legati erant, ſublatis ad cœlum manibus, flentes ac gementes deplorarunt imminentem miſeriam: nonnulli etiam tentabant, ſi poſſent Coſs. animos ad mitiorem ſententiam flectere; aut certe XXX. dierum inducias, donec Legati Romam mitti poſſent, impetrare: ſed nihil proficiebant. Videntes igitur Carthaginenſes, quo Romani tenderent: ad extrema confugerunt cõſilia: & paratis ſubito nouis armis, maluerũt hoſtiliter ſe Rom. quibus tamen inferiores erant, opponere; quam vrbem & mœnia deſerere. Pugnauerunt Rom. cum Carthaginenſibus aliquot prælijs: aliquoties etiã infeliciter oppugnationem vrbis tentarunt: donec elapſo biennio P. Scipio Æmilianus Cos. creatus, quum vndiq; vrbẽ circumuallaſſet, & multis acerrimis fregiſſet prælijs, mœnia ſex diebus continuis oppugnata, vi cepit. Capta vrbe Scipio euocauit, ſi qui vellent fugere. Effuſa igitur ſunt (vt Appianus annotat) ad quingenta millia hominum Haſdrubal quoq; ſeſe tradidit: cuius vxor quum videret incenſam vrbem, & maritũ captum: deteſtata mariti mollitiem, duos filios trucidauit: & ſe vna cum filiorum cadaueribus in flammam coniecit. Vrbs incenſa arſit dies XVI. (nam in circuitu millia XXIV. paſſuum patens fuit) & miſerabile ſpectaculum non tantum incolis Africæ vicinis ſed etiam ipſis Romanis præbuit. Scribunt Polybius & Appianus, Scipionem intuentẽ Carthaginis incendium

P. Scipio Æmilianus.

Carthago capta.

Haſdrubal

cendium non potuisse tenere lacrymas: sed largo humectasse flumine vultus & versum Homericum recitantem.

Illa dies veniet, quum fato Troia peribit.

Professum fuisse: se perpendere rerum humanarum fragilitatem: & metuere, ne aliquando idem Romae, quod Carthagini, accidat. Ad hunc modum deleta Carthagine, & compositis rebus Libycis, Scipio Romam rediit: ibique triumphum duxit splendidissimum ac maxime insignem auro, monimentis, & statuis quamplurimis, quae ex omni fere terrarum orbe, praesertim vero ex Italia, Sicilia & Africa Carthaginensibus longo tempore: multis victoriis fuerant cumulata: ex eoque adeptus fuit cognomen, vt Africanus Minor diceretur: quum eodem Africani nomine antea dictus esset ille, à quo fuit adoptatus P. Cornelius Scipio, qui Annibale deuicto Africam Romanis subiugauit.

BELLVM VIRIATINVM.

ANno illo, quo Corinthus & Carthago deletae sunt Viriatus Lusitanus quidam in Hispania, homo pastoralis, & latro, primũ infestando vias, deinde vastãdo prouincias postremo exercitus Praetorũ & Consulũ Rom. vincendo, fugando, & subigendo, magnum terrorem Rom. incussit. Contra hunc, anno sequente missus C. Vetilius Praetor, omni pene exercitu deleto, vix ipse cum paucis fuga elapsus euasit. Deinde C. Plauciũ idẽ Viriatus multis praeliis fractũ fugauit. Post etiã Claudi⁹ Vniman⁹ cũ magno apparatu

Viriatus Lusitanus

C. Vetilius.

Claud. V-nimanus. *contra eum missus: non tantum non aboleuit anteą acceptam ignominiam, sed etiam auxit. Nam congressus cum Viriato, omnes, quas secum adduxerat, copias, maximasque vires Romani exercitus amisit: ac Viriatus trabeas, fasces, cæteraque insignia Romana in montibus in quibus trophæum erexerat, affixit.*

C. Lælius Q. Fabius Maximus. *Scribit autem Cicero lib. Offic. 2. quod C. Lælius, qui dictus fuit sapiens, primus hunc hostem comminuerit: ferocitateque eius repressa, facile bellum tradiderit successoribus. Inde igitur Q. Fabius Maximus (vt Florus annotat) contra eum dimicans, plurimas vrbes Lusitaniæ recepit.*

Mors Viriati. *Hoc tamen in eo improbatum est: quod pacẽ fecit æquis conditionibus cum Viriato: quum ad eum exstirpandum potius omnes suos conatus conferre debuisset. Tandem Viriatus à Proditoribus consilio Cæpionis Consulis interemptus est: & non sine summo luctu sui exercitus magnifice sepultus: quum quidem bellum contra Romanos gessisset annos quaduordecim: & in plurimis prælijs fuisset superior. atque in hoc Romani virtutis pristinæ ediderunt specimen: quod eius percussores, quos tamen ipsi conduxerant, indignos præmio iudicauerunt: negantes nimirum Romanis vnquam placuisse, à suis militibus Imperatores interfici.*

Dec. Iun. Brutus. *Tunc demum Decius Iunius Brutus Consul Lusitaniam ad Oceanum vsque perdomuit.*

BEL-

BELLVM NVMANTINVM, ET Seditio Gracchana.

Numantiæ excidium.

Scipio Æmilianus anno XIV. post euersam Carthaginem deleuit vrbem Numantiam in Celtiberia sitam: vbi Romani exercitus aliquoties fuerant trucidati. Huius autem vrbis excidium terribilius exemplum est excidio Carthaginis; quia cum propter famem defendere vrbem ciues diutius non possent: inflammarunt eam ipsi: & sese partim igne, partim ferro, partim denique veneno perdiderunt. Postea Scipio ruinas funditus deleuit; & agros vicinis attribuit: & ordinata prouincia pacem in ea parte Hispaniæ restituit. Absente eo Romæ magnæ seditiones motæ sunt propter leges Agrarias: quas initio bono studio Tiberius Gracchus tulerat: fauentibus etiam Lælio & Scæuola. Sed ad bonam causam postea addidit Gracchus turbulenta consilia: & contentione creuit discordia ac plures causæ cumulatæ sunt: sicut de Lite ait Homerus:

P. Scipio Æmilianus.

Parua metu primo, mox sese attulit in auras,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila cōdit.

Et quia sæpe bona causa male agendo corrumpitur: ideo à Salamone dicitur: Quod iustum est, iuste persequaris.

Sciant autem Iuniores, in aliis historiis Agrariam Legem significare distributiones possessionum: in quas noui coloni introducebantur. Sed in Tiberij historia

Vell. Patere; Tib. Grachus vir alioqui vita innocētissimus ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, & tantis denique virtutibus adornatus:

quantas profecto & naturæ & industriæ mortalis conditio recepit: dum summa iuris miscuit promulgatis legibus Agrariis, in præruptum & anceps periculum adduxit Rempub. Idem de C. Graccho: decem interpositis annis, qui Tib. Gracchum, idem & C. Gracchum fratrem eius occupauit furor: tam virtutibus eius omnibus, quam huic errori similem; ingenio etiam & eloquentia longe pręstantiorem; qui cum summa quiete animi ciuitatis princeps esse potuisset: vel vindicandæ fraternæ mortis gratia, vel præmuniendæ regulis potentiæ, eiusdem etiam exempli tribunatum ingressus longe maiora & acriora repetiit, &c.

Lex agraria significat præfinitionem numeri agrorum: quia fuerat vetus lex, quando deletis hostibus agri publici diuisi erant quæ nemini ciuium Romanorum ex his plus, quam quingenta iugera, poßidere licebat: nec licebat diuitib. emere pauperũ ciuiũ agros, & suis addere, ac per mancipia colere: ne pauperum ciuium familiæ redigerentur ad egestatem: & Italia repleretur peregrinis. Est autem Iugerum quadratum: cuius vnum latus est CXX. pedum: Græce πλέθρον, id est, sexta pars stadij. Hac veteri Lege neglecta diuites multorum ciuium agros emebant; quos deinde per seruos colebant, ac ita multorum ciuium familiæ nullos fundos retinebant. Cum igitur Tiberius in prouinciam proficisceretur: paßim in viis occurrebant ei ciues cum paruis filiis & matribus: ac querebantur, se vagari extorres; qui sanguinem pro patria fudissent: & teneri agros à diuitibus, ac petebant vetustam legem restitui, & consuli saluti Italiæ: ne deessent milites: & ne Italia seruis & hominibus barbaris impleretur. Motus misericordia Tiberius pollicetur se hanc causam acturum esse, & reuersus ex pro-

prouincia, cum factus esset Tribunus plebis, fert rogationem de veteri Lege restituenda, quæ modum agrorum præscribebat: Dicit in concione, iniustam esse ducum orationem: cum iubent præliari milites pro aris & focis: cum nec aras nec focos habeant: & queritur præliari eos non pro patria, sed pro fœneratorum rapacitate. Sed aduersabantur Legi diuites: & Tribunum Octauium sibi adiungunt intercessorem; qui suffragationē prohibeat. Hinc nouo exemplo Tribunatum Tiberius quidem abrogauit: cum vero iussus esset violentius agere, creuerunt discordiæ. Tulit & aliam legem Tiberius: vt pecunia legata populo Romano à Rege Attalo egentibus ciuibus diuideretur: ac contra leges prorogare sibi magistratum denique est conatus. Ea res cum haberet speciem tyrannicam: Senatui iusta causa visa est armis opprimēdi Gracchū, & iam tota Italia mouebatur. Ideo Senatus hortatur Mutium Scæuolam Cos. vt arma capiat ad sedādum tumultum: & cum nollet in vrbe nouo exēplo præliari: Senatus ipse hortante Scipione Nasica Pont. Max. cum magna multitudine amicorū ascēdit in Capitolium ad interficiendum Tiberium Gracchū, Cumq; populus accedenti Senatui cederet, & sese desertum Tib. Gracchus peti videret: fugit quidē, sed fugientē interficit collega ipsius L. Saturninus, ac sunt etiam alij CCC. ciues interfecti: & corpora in Tiberim abiecta. Hæc in ciuilibus seditionibus Romæ prima cædes facta est: sed postea secutæ sunt magis cruentæ seditiones. Etsi autem, vt populus placaretur, Senatus legem de modo agrorū recepit extincto auctore: tamen

Tib. Gracchus Trib. pl.

men

men non sunt etiam extincta odia. Hoc initium in vrbe Roma ciuilis sanguinis & gladiatorum impunitatis fuit: ibi ius vi obrutum: & potentior habitus prior ac discordiæ ciuium antea concionibus sanari solitæ, ferro dijudicatæ: & bella, non causæ suscepta sunt, pro vt eorum merces: quod haud mirum est. Non enim ibi consistunt exempla, vnde cœperunt: sed in tenuem recepta tramitem latissime sibi vagandi viam faciunt: & vbi semel à recto deerratum est, in præceps peruenitur; nec quisquam putat turpe, quod alij fuit fructuosum.

Interfectus porro est Tiberius Gracchus anno vrbis DCXX. Coss. Q. Mutio Scæuola, & L. Calphurnio Pisone: cum abesset Scipio Æmilianus ad Numantiam: qui audiens acta & necem Tiberij, recitando Homeri versum, ostendit se quoque seditiosas actiones improbare.

Perdatur simili pœna, qui talia fecit.

Deinde cum Romam Scipio Æmilianus rediisset: eadem certamina de agrorũ diuisione renouata sunt; & accesserunt aliæ turbulentæ leges. Anno igitur quarto post reditum Scipionis Æmiliani, Tuditano & Aquilio Coss. anno vrbis DCXXIV. cum Carbo Tribunus plebis rogationem tulisset: vt liceret eundẽ Tribunum plebis creari, quoties vellet: & suaderet eam legem C. Gracchus Tiberij frater dissuasit eam acerrime Scipio Æmilianus: quia ea rogatio contra veteres leges de Tribunis ferebatur: & turbulentos Tribunos perpetua potentia armabat. Post hanc contẽtionem mane Scipio inuentus est in cubiculo suo

P. Scipio Æmilianus.

mor-

mortuus cum pridie recte valuisset: & fuit suspicio ab aduersariis veneno eum necatum esse. Carbo postea sibi mortem consciuit: & C. Gracchus ac M. Fuluius, cum seditiose Auentinum montem cum armata multitudine occupassent; ab Opimio Consule interfecti sunt: trucidatis simul in eo prælio vrbano tribus millibus hominum.

Carb. C. Gracchus M. Fuluius

BELLVM IVGVRTHINVM.

SVpra in narratione secundi belli Punici facta est mentio Masinissæ Regis Numidarum: cui Romani capto Syphace omne regnum Numidiæ concesserunt. Is maior XC. annis, quum ex hac vita esset discessurus, tribus filiis Micipsæ, Manasdabali, & Gulussæ regnum hac ratione legauit: vt illud inter se arbitrio Scipionis Æmiliani compararent & diuiderent. Etsi igitur Patris mandato sunt obsecuti filij, tamen non ita diu post mortuis duobus, Manasdabale & Gulusa: vniuersum regnum sub vnius Micipsæ potestatem rediit. Habuit autem Micipsa duos filios, ad Herbalem & Hiempsalem, his & ad optiuũ addidit Iugurtham, fratris Manasdabalis filium, cuius virtus cum alibi sæpe, tum vel maxime in oppugnatione Numan-

Masinissa.

Eutropius lib 4. Masanissa anno vitæ XCVII. mortuus est: quum amicus pop. Rom. fere per annos LX. fuisset; valentissimo semper corpore perseuerans. Hic est vir, qui nunquam in imbri aut frigore vel maximo caput texit: quandiu in vno vestigio stetit, vt prius iuuenes lassitudine cederent, quam ille loco, in quo steterat, moueretur. Si stetisset, nec membrum quidem tota die mouebat: si iter fuerat ingressus eques, non descendebat: si pedes, non ascendebat: solebatq; equitans nocti sæpissime diem iungere: & sui custodiam tutelamq; sæuissimis canibus committebat. Post XXCVI annum filium genuit: nihil, quod iuuenis fecerat, æuo vltimo prætermisit. Mortuus est LXIV. filiis relictis.

mantiæ fuerat conspicua. Hic Iugurtha fuit ingratus cuculus: & reuera anguinā mercedem suo nutritori rependit. Simul.n.atque diem Micipsa obierat: cogitare cœpit, quibus rationibus ipse solus, remotis germanis Micipsæ filiis, regno Numidiæ potiretur: ideoque non modo Hiempsalem ferocius sese opponentem curauit interfici: sed etiam ditionem Adherbalis, qui maior natu, & natura placidior erat, manifesta impressione est adortus. Occurrit ei Adherbal, quib. potuit copiis, & quū esset victus, relicta tota prouincia, Romā fugit: fortunas suas, & Iugurthæ conatus impios Senatui significaturus. Tantū autē tunc potuit δωροφαγία Romanorum principū: quos Iugurtha clā missis muneribus corruperat: vt nisi populus sese interposuisset, surdis aurib. auditæ fuissent querelæ Adherbalis. Populi igitur studio missi sunt Legati in Numidiam: qui rem inspicerent: & regnum Micipsæ inter Iugurtham & Adherbalem æqualiter distribuerent. Et quanquā etiam ex Legatis istis nonnulli occæcati munerib. satis iniq; iudicarunt: Adherbal tamen pacis studio quiduis concedere maluit: quam præbere causam nouorum tumultuum. Acquiescente igitur Adherbale in Legatorū sententia: & illis Romam reuersis, existimans Iugurtha, id quod erat, Romæ omnia venalia; denuo facit impetum in Adherbalis prouinciam: eumque in oppido Cirtha conclusum obsidet. Mittit Adherbal plures nuntios Romam, qui Senatus opem implorarent: sed propter munerū corruptelas, & πανουργίαν Iugurthæ auxiliū fuit serius. Nam priusquam venirent in castra Legati Romani obsidi-

Adherbal.

obsidionem soluti ir: Adherbal omni ope destitutus, Iugurthæ se & regnum tradidit: ita tamen vt de vita pacisceretur, quod pactũ Iugurtha transgressus: simul atq; Adherbalis factus est compos; perfide eum exquisitis suppliciis excrutiatum necauit. His itaq; transactis, missus est in Numidiam cum exercitu Consul Calphurnius: vt pœnas de scelerato Tyranno sumeret. Verũ & is inhians muneribus, quæ affatim Rex obiiciebat, turpissimis conditionib. sine Senatus & populi cõsensu pacẽ cũ Iugurtha fecit: Quare offensi plerîq; qui Romæ erant, quum paulatim rumor de corrupto Consule & aliis quibusdã increbesceret; Iugurtham data fide publ: Romã euocarunt; vt ibi facta sua ipse purgaret, & eorũ, q munera accepissent, nomina Senatui exprimeret: si modo pacẽ ratã esse vellet. Venit Romã Iugurtha, quumq; ibi deprehendisset, quendam ex stirpe regia superstitẽ, Gulussæ filiũ, aliquã partẽ regni Numidici petere: veritus, ne regnũ sibi ereptũ illi traderetur: sceleri scelus addidit; eumq; clam interfecit. Nec tamẽ diu latuit auctor facinoris. Intelligẽs itaq; Iugurtha, veritatẽ multa sui vestigia præbere: & simul reputans, in quanto periculo esset futurus, si causam capitis agere cogeretur: obtemperauit præcepto Alcibiatis: q monet, vbi fugere queas, non exspectandũ esse iudiciũ: clam ex vrbe profugit: ad comites dicens: O vrbẽ venalem, & cito perituram, si emptorẽ inueniret! Hanc ob causam iterum ex Senatusconsulto trãsportatur exercitus in Africã, Imperatore Sp. Posthumio Albino Cõsule: q quũ tardius eo venisset, appetente nimirũ iam hyeme; nihil memoratu

Calphurnius.

Roma venalis.

SP. Posthumius.

dignum

dignum geßit. Reuocatus autem Romam ad Consularia Comitia; quibus eum interesse oportebat. Prætori fratri suo A. Posthumio commisit exercitum: is

A. Posthumius

absente Consule, insidiis Iugurthæ apud Calamam vrbem; vbi thesauris regiis inhiabat; circumuentus, & eo redactus est: vt cum toto exercitu sub iugum eundem; & ignominiosum fœdus ipsi recipiendum esset. Missus est deinde nouus Consul Q. Metellus Numidicus: cuius maior fuit felicitas. Etsi enim Iugurtha

Q. Metellus Numidicus.

raro ei pugnandi copiam faciebat: & plerunque tumultuariis præliis Romanum militem adoriebatur: tamen semper erat Metellus superior: & plurimis Numidiæ munitionibus occupatis ita fregit Iugurthæ potentiam: vt externa quæreret auxilia: & Maurorum regem Bocchum, Romanæ virtutis prorsus ignarum, sibi coniungeret. Verum ista coniunctio non tam

Boccus rex

C. Marius.

præsidio, quam exitio ei fuit: Quum enim C. Marcus Cos. Metello succeßisset: & aliquot præliis documentum dedisset Boccho: Romanas vires maiores esse, quã quæ facile possent retundi: cœpit Bocchus cum Romanis sensim colludere: donec ad extremũ L. Syllæ Quæstori Mariani exercitus, quem ad colloquium vocarat; Iugurtham prodidit: & vt cum duobus filiis in eius potestatem veniret, doctis dolis perfecit. Hunc exitum habuere impij Iugurthæ conatus: Romam postea attractus; & in triumpho Marij ante currum Imperatoris vna cum filiis ductus, in carcere tandem fame necatus est: quum quidem (vt Plutarchus refert) sex dies sine cibo vitam sustentasset: & vsque ad extremum spiritum spem vitæ impetrandæ retinuisset.

L. Sylla.

Cate-

Cæterum quoniam hic facta est prima mentio C. Marij: non alienum fuerit, duo loca hic annotare: quæ ostendunt, quam malis artibus impetrarit; vt & Cō-sul crearetur; & Metello, quem indignis calumniis deformauerat, succederet. Prior locus extat apud Ciceronem lib. 3. Offic C. Marius (ait) quum à spe Consulatus longe abesset, & iam septimum annum post Præturam iaceret: neque petiturus vnquam consulatum videretur: Q. Metellum, cuius Legatus erat, summum virum, & ciuem, quum ab eo Imperatore suo Romam missus esset, apud populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere, si se Consulem fecissent; breui tempore aut viuum, aut mortuum Iugurtham se in potestatem populi Rom. redacturum. Itaq. factus est ille quidem Consul: sed à fide iustitiaque discessit: qui optimum & grauissimum ciuem, cuius Legatus, & à quo missus esset, in inuidiam falso crimine adduxerit. Alter locus extat in Velleio Paterculo, vbi sic legitur: Bellum deinde Iugurthinum gestū est: perque Metellum nulli secundum sui seculi: cuius legatus fuit C. Marius, natus equestri loco, hirtus atque horridus vitaque sanctus: quantum bello optimus tantum pace pessimus; immodicus gloriæ insatiabilis, impotens, semperque inquietus. Hic per publicanos aliosque in Africa negotiantes, criminatus Metelli lenitudinem, trahētis iam in annum tertium bellum, & naturalem nobilitatis superbiam, immorandique in imperiis cupiditatem: effecit, vt quum commeatu petito Romam venisset, Cos. crearetur: bellique pene patrati à Metello, qui bis Iugur-

Legatus imperatoris διάδοχος Leutenampt q. locum tenēs

" *tham acie fuderat, summa sibi committeretur: Me-*
" *telli tamen & triumphus fuit clarißimus: & me-*
" *ritum virtutique cognomen Numidici inditum, &c.*

Postremo & hoc obseruetur; quod gloria L. Syllæ, quam ex capto Iugurtha reportauit, primas occasiones præbuerit simultatum: quas postea Marius contra ipsum aluit: & quæ in bello Sylano demum eruperunt. Vrebatur enim Marius videns non Imperatori sibi sed Quæstori Syllæ Iugurtham esse exhibitum. Itaque ex eo tempore hoc summo agebat studio, vt Syllam premeret. Tantum potest gloriæ insatiabilis cupiditas, vbi semel hominem inuasit.

BELLVM CIMBRICVM.

Cimbri Teutones Ambrones. *QVi fuerint Cimbri, qui Teutones, qui Ambrones, quorum in hac historia appellationes occurrunt, alibi indicatur. Hi igitur populi, tempore belli Iugurthini, cum maxima multitudine populabundi accesserunt ad aditum Alpium: ibique per aliquot annos commorati, Romanos, qui illis irruptionem in Italiam intercipere connabantur, aliquot cladibus affecerunt. Fuderunt primo Papyrium* Papyrius Carbo. *Carbonem Cos. cum exercitu, anno vrbis DCXLI. Post hunc anno vrbis DCXLV.* M. Iunius Syllanus. *M. Iunius Syllanus Cos. non minorem cladem ab ipsis accepit. Elati igitur gemina victoria, à Senatu per legatos sedem & agros Italicos petiuerunt, sed frustra. Nam Senatus illud dene-*

denegauit. Postea Aurelius Scaurus Legatus Consularis, anno vrbis DCXLIIX. ab eis fusus, & cum exercitu captus est quumq; in cõsiliũ adhibitus deterreret eos ne Alpes occupandæ Italiæ causa transirent: propterea quod Romani essent inuicti: à Bolo rege, feroci iuuene: est occisus. Ab iisdem hostibus sequẽti anno C. Manlius & Q. Seruilius Cepio Proconsules magno prælio victi castrisq; binis exuti sũt: occisis octoginta millibus militum, & quadraginta millib. colonum ac lixarum. Hæ clades continuatæ plus terroris popul. Romano & vniuersæ Italiæ incusserunt: quam bellũ cum Hannibale gestum, & clades ab eo accepta: sed non videbatur alius Imperator ad repellendos tantos hostes magis idoneus, quam Marius: qui tam recenti Iugurthæ victoria clarus erat. Ac proinde bellũ tam anceps ei commissum est: & multiplicatꝰ per aliquot annos Consulatus. Etsi autem Cimbri, victis Cepione & Mãlio Coss. irrumpere in Italiam facile potuissent: tamẽ quum non esset in fatis, Romam opprimi: causæ nescio quæ traxerunt eos in Iberiam: vbi diu immorantes loca plurima vastarunt: donec tandem inde pulsi, velut Eurypo quodam, denuo per Galliam ad Alpes accesserunt: aucti in transitu Teutonum & Ambronum immensis copiis. Erat iam IIII. Cos. Marius: & collegam habebat Q. Luctatium Catulum: ac tres annos, quibus Cimbri abfuerant, in apparatu belli consumserat. Quumq; diuisæ essent hostium copiæ ac Teutones & Ambrones Alpes, qua parte Galliam ab Italia separant, peterent: Cimbri vero ab ipsis digressi, ac per Noricum profecti, ex alia parte in Italiam

Aurel. Scaurus.

Bolus rex Cimbrorum.

C. Mãlius Q. Ser. Cepio.

Pugna cõmissa VI. Octobr. teste Plutarcho in Camillo. Eutropius decem tantũ è Romanis euasisse scribit.

liam impreßionem facere conarentur: Marius Catulum collegam Cimbris oppoſuit: ipſe Teutonibus & Ambronibus in Gallia occurrit: nec procul ab illis locauit caſtra: quæ difficulter admodum potuit ab ipſorum incurſu tueri. Duobus deinde prælijs funeſtißimis ad Aquas Sextias eos vicit: in quib. cæſa traduntur armatorũ hoſtiũ ducẽta millia, capta octoginta millia cũ vix tria millia fuga euaſiſſent. Interea Cimbri ingreßi per Noricũ Italiã, Catuli exercitum ab Alpium faucibus pepulerunt, & ad Atheſin fluuium caſtra fecerunt. Huc accurrens Marius & exercitum ſuum cum Catulo coniungens, trucidauit CXLVI. mill. Cimbrorum, & cepit LX. millia circiter, die XXIX. Iulij. Hæ ſane clades, quas maiores noſtri acceperunt, adeo triſtes ſunt, vt vix fidem mereantur: ſed non minus triſtes ſunt horrendæ Tragœdiæ, quæ fuerunt his cladibus coniunctæ. Nam de cladibus ad Aquas Sextias refert Eutropius inter cætera: quod mulieres Teutonicæ, quum vitam, quam inuiolata caſtitate ſibi concedi petierant, impetrare non potuiſſent, paruulis ad ſaxa alliſis, cunctæ ſeſe ferro ac ſuſpendio peremerint. Et de clade Atheſina idem ſic ſcribit à Cimbrorum mulieribus grauiorem pene quam ab ipſis, pugnam Romani experti ſunt. Hæ etenim plauſtris in modum caſtrorum diſpoſitis, ipſæ deſuper pugnantes diu obſtitere Romanis. Sed quum à propoſito, nouo cædis genere terrentur (Abſcißis enim cum crine verticibus, inhoneſto ſatis vulnere turpes relinquebãtur) ferrum quod in hoſtes ſumſerant, in ſe ſuoſque vertere. namque aliæ concurſu mutuo iugulatæ: aliæ funi-

Clades Cimbrorũ

bus

bus per equorum crura consertis, ipsisq; continuo e- ,, quis exstimulatis, postquam suas iisdem funibus, qui- ,, bus equorum crura implicarant, indidere ceruices, ,, protractæ atque exanimatæ sunt, aliæ laqueo de plau- ,, strorum temonibus pependere. Inuenta est etiam, quæ ,, duos filiolos, traiectis per colla eorum laqueis, ad suos ,, pedes vinxerit: & quum se ipsam suspendio moritura ,, demisisset, secum traxerit occidendos. Addit his Plutarchus, quod multi viri, quum deessent arbores, ad boum cornua se suspenderint. Hæc tristissima spectacula non prætereamus ociosis animis; sed deploremus horrendam iram Dei aduersus peccata generis humani: & fateamur, Diabolum vere grassari aduersus homines: eosque qui à Deo deserti sunt, horrenda mole ærumnarum opprimere.

EXILIVM Q. METELLI NVmidici.

VEriβime dictum est ab Aristotele Polit. lib. 7. c. 14. multis magnis vrbibus, quæ non tam ad colenda pacis studia, quam ad tolerandos militiæ labores, assuefactæ sint, vsu venire; vt sicut belli tempore florent: ita bellis omnibus consopitis, in modũ quiescẽtis ferri rubiginẽ ex situ contrahant. Cuius dicti veritas comprobatur manifesto exemplo Reipub. Romanæ. Nam ea quidem hactenus, dum hostes habuit externos, multarum virtutum nomine, admiranda & suspicienda exstitit: Deinceps vero illis perdomitis, grauiβimis & perniciosiβimis seditionibus implicatur.

Nulla magna Resp. diu quiescere potest si foris nõ habet hostẽ, domi inuenit, ait Liuius.

 catur.

catur. Quarum quidem initium fecit Tiber. Gracchus: sed breui temporis progressu, licentia ita confirmata est: vt semel atq; iterum non minorem stragem ciuis conciui inferret: quam si cum hoste infensissimo res esset. Ac (vt de singulis non dicamus) audiemus paulo post; quam triste incendium in bello sociali exstiterit: quum ferme omnes Italiæ vrbes in perniciem Romæ coniurassent: quam item cruentis conatibus inter se intra ipsa Romana mœnia concurrerint Sylla & Marius, quas denique turbas dederint Pompeius & Cæsar. Sed antequam ad narrationes istas accedam; præmittenda est historia de Metelli exilio: cuius sæpe meminit Cicero in oratione pro Sestio: hinc enim liquido apparebit: quomodo deflagrante paulatim publicæ salutis retinendæ studio, audacia inquietorum hominum creuerit. Dictum est quidem antea, quibus insidiis Marius in locum Imperatoris sui Metelli successerit.

Quantum differt bellum à pace tantum seditio à bello differt. Herod. In seditione inest omnis idea mali. Thucyd.

Et si autem omnem istam iniuriam deleuerat belli Cimbrici gloria: tamen quum esset ingenio inquieto: & persuasum haberet, se gloriam suam, stante Metello, tueri non posse: confecto bello Cimbrico omnes conatus in Metelli perniciẽ cõuenit. Sed quia magna erat Metelli propter eximias virtutes & summã grauitatẽ auctoritas: speciosã rationẽ excogitauit, quã eũ opprimeret. Erant in Tribunatu C. Seruili⁹ Glaucias & L. Appuleius Saturninus, homines audacissimi: qui iam pridẽ alebant contra Matellũ simultates: quod nimirũ, quũ Censor fuisset, ob vitæ turpitudinem loco ipsos mouere tentarat. His igitur persuadet Marius: vt le-

Serpens nõ fit Draco, nisi multis deuoratis serpentib. L. Apulius Saturninus C. Sero Glaucias.

vt legem quandam ferant Agrariam, quæ populo grata esset futura: & simul etiam postulent, vt Senatus iuret: se approbaturum quicquid plebs de illa lege decernat. Lege porposita, Marius, ne insidia detegerentur, multis verbis disputauit in senatu; displicere sibi hunc Tribunorum conatũ: quod contrarius esset maiorum moribus, & Senatoriam dignitatem alleuaret. Sed vt nihil simulatum potest esse diuturnum: ita ipse tandem in legem istam iurauit: cuius exemplum reliqui Senatores omnes metu perterriti secuti sunt: excepto solo Metello: qui negauit, se libertatem & dignitatem Senatus hoc modo proditurum: addidit etiam, esse hoc boni viri proprium, vt virtutis decus in extremis periculis retineat. Data iam erat Tribunis occasio, qua Marij expectationi satisfacerent. Itaque ad Coss. quorum vnus erat Marius, ferunt rogationem: vt Metello aqua, igni, terraque interdicatur: Diem etiam ipsi dicunt.

Lex Agraria.

Simulata omnia celeriter tanquam flosculi decidunt Cic. Offic.

Etsi autem Metello multi boni ciues & amici defensionem promittebant: tamen ne ipse causa esset maiorum certaminum; vltro cessit furori Tribunitio: & vrbem egressus, solum vertit, antequam causam diceret: amicis etiam dissuadentibus respondit: Si melior foret Reipub. status & populus resipisceret: tunc haud dubie se reuocatum iri: sin minus, malle se abesse quã spectare publicas iniurias & calamitates. Exul Metellus non modo non curauit reditũ: sed etiã ob summam voluptatem, quã in Insula Rhodo, & alibi, ex doctissimorũ virorũ conuersatione percipiebat, sibi de ista cõditione gratulabatur: quumq; sanctã po-

Exilium Metelli.

 tius

tius ignominiæ, quam ignominiam ipsam intueretur ingenti animo ferebat exilium spontaneum. Non annus fuerat elapsus; quum Apuleius & Glaucias, qui se iam plebis odio onerarant, & à Mario erant deserti, in quodam tumultu interficerentur. Lata igitur lex est de reuocando Metello. Ei legi acerrime se opposuerunt C. Marius, & P. Furius Trib. pl. qui adeo audacter resistebat: vt neque Metelli filij, qui in modum supplicis in loco publico ad pedes eius erat prouolutus, precibus ac lacrymis moueretur. Sequenti autem anno Furius Tribunus quum de hac causa iuniorem Metellum in iudicium vocasset, à populo discerptus: & tandem Metello omnium ordinum consensu reditus est decretus. Ferunt diem illi non suffecisse: dum ad portas vbi obuios quosque in reditu complecteretur.

Metellus Pub. F.

P. Furij mors.

BELLVM SOCIALE, SIVE
πόλεμος συμμαχικός.

IN hoc bello, quod exortum est anno Vrbis DCLXIII. plerique Italiæ populi contra Romanos conspirarunt. Occasionem huic motui primam Lex Licinia præbuit (cuius M. Cicero meminit lib. Offic. 3. Non esse pro ciue, qui ciuis non sit: rectum est non licere) quam tulerant sapientissimi Coss. Crassus & Scæuola. Quum enim multi pessimi in Italia ius Romanæ societatis appeterent: L. Licinius Crassus, & Q. Mutius Scæuola Coss. legem tulerunt: qua cauebatur, ne deinceps vlli ciuitati Italiæ tribueretur ius Romanorum ciuium: sed

Lex Licinia.

L. Licinius Crassus Q. Mutius Scæuola.

ſed vt ſingulæ ſuo iure eſſent contentæ. Hæc lex maxime offendit Italos: qui hoc modo à dignitate Romanæ ciuitatis, pro qua tot labores & certamina ſuſtinuiſſent, ſe excludi: & officia, quæ Romanis præſtitiſſent, plane contemni, denique ſe faſtidio illis eſſe putabant: Itaque clam defectionem moliebantur. Quin etiam accedebat poſt paucos dies M. Liuij Druſi Tribuni, qui ciuitatem ipſis dare promiſerat, immatura cædes. M. Liuius Druſus.

Anno igitur quinto poſt latam Legem Liciniam, aperte arma ſumſerunt: & commouerũt totam Italiam: initium facientibus Aſculanis: quippe qui Seruium Prætorem, & Fonteium Legatum occiderant: ac deinde ſubſequentibus Marſis, & aliis, veluti Samnitibus, Pelignis, Veſtinis, Marrucinis, Vmbris, Picentibus, Lucanis. Clariſſimi in hoc bello Imperatores fuerunt Cn. Pompeius, Pompeij Magni pater, Q. Cæpio, C. Marius L. Cornelius Sylla, anno ante Prætura functus, Q. Metellus Pius, L. Iulius Cæſar, & alij multi præſtantes viri. Tamque varia & atrox fortuna belli fuit: vt per biennium continuo duo Romani Coſſ. Rutilius & M. Porcius Cato ab hoſtibus occiderentur: exercitus populi Rom. multis in locis funderentur: & vſque ad ſaga iretur: diuque maneretur in eo habitu, publicæ mœſtitiæ indice. Paulatim deinde recipiendo in ciuitatem, qui arma aut nõ ceperant, aut depoſuerant maturius: vires refectæ ſunt, Pompeio, Sylla, Mario &

De hoc Liuio Druſo ſic ſcribit Paterculus Paucis (ait) annis interiectis Tribunatum iniit M. Liuius Druſus: vir nobiliſſimus, eloquentiſſimus, ſanctiſſimus: meliore in omnia ingenio, animoque, quam fortuna vſus, qui quum Senatui priſcum reſtituere cuperet decus: & iudicia ab Equitib. ad eum transferre ordinem (Quippe eam poteſtatem nacti equites Gracchanis legibus, quum in multos clariſſimos atque innocentiſſimos viros ſæuiſſent: tum P. Rutilium, virum non tantum ſeculi

culi sui, sed omnis æui optimum interroga tũ lege repetũdarũ *rio & L. Cæsare ruentem procumbentemque Rempub: constituentibus: donec tandem, non sine plurima cæde, & labore difficilimo, plerisque in Romanorum potestatem iterum redactis, hoc triste incẽdium paulatim est extinctum.*

maximo cum gemitu ciuitatis damnarunt) in iis ipsis, quæ pro senatu moliebatur, Senatum habuit aduersarium, non intelligentem, si qua de plebis commodis ab eo agerentur, veluti inescandæ ciendæque multitudinis causa fieri: vt minoribus perceptis maiora permitteret. Denique ea fortuna Drusi fuit, vt mali facta collegarum, quam eius optime ab ipso cogitata, Senatus probaret magis: & honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret: iniurias, quæ ab aliis intendebãtur, æquo animo reciperet: & huius summæ gloriæ inuideret, illorum odium ferret: tum conuersus Drusi animus, quando bene cœpta male cedebant, ad dandam ciuitatem Italiæ: Quod quum molitus reuertisset è foro immensa illa & incognita quæ eum semper comitabatur, cinctus multitudine, in atrio domus suæ cultello percussus, qui affixus lateri relictus est, intra paucas horas decessit. Sed quum vltimum redderet spiritum, intuens circumstantium mœrentiumque frequentiam; effudit vocem conuenientissimam conscientiæ suæ: Ecquando ne (inquit) propinqui amicique similem mei ciuem habebit Respublica? Hunc finem clarissimus Iuuenis vitæ habuit. Huius morum minime omittatur argumentum: quum ædificaret demum in Palatio: promitteretq; ei architectus, ita se eam ędificaturum, vt libera à conspectu, immunisque ab omnibus hominibus esset, neque quisquã in eam despicere posset. Tu vero (inquit) si quid in te artis est, ita compone domum meam, vt quicquid agam, ab omnibus perspici queat. Mors hæc Drusi iam pridem tumescens bellum excitauit Italiæ. Meminit eius etiam Plutarch. in Politic.

BELLVM CIVILE SYLLANVM.

NOtissima est ex historiis, & libris Ciceronis funesta illa seditio, quam excitarunt C. Marius & L.

& L. Sylla: qua propemodum euersa fuit tota Respub. Romana. Personæ iam antea notæ sunt ex hibistoria belli Iugurthini & Cimbrici. Potest autem tota hac narratio in tres actus commodissime distribui: Primus initium habet à primo motu huius intestini tumultus, & durat vsque ad Marij exilium: Alter complectitur res gestas & euentus, qui acciderunt, postquam Sylla perfunctus consulatu abijt in Asiam, & pro Repub. Romana ibi ferme per triennium cum Mithridate dimicauit: Tertius est à reditu Syllæ vsq; ad illud tẽpus quo Dictaturã rursus deposuit. Primũ igitur sciẽdum est, initio huius motus adhuc reliquias durasse Belli Socialis in Italia: exercitu adhuc numeroso in ea commorante, præsertim in Campania: cui præfuit L. Sylla. Appetente autem eo tempore, quo noui Coss. deligendi essent, Sylla relicto exercitu Romam profectus est, vt Consulatum peteret, & quidem non difficulter ipse hoc obtinuit, vt Consul eligeretur. Eodem tẽpore Mithridates Rex Ponti vexauit Asiã Minorẽ: Cappadociæ rege Ariobarzane, & Bityniæ rege Nicomede, populi Romani socus & amicis, suis eiectis finibus: & occupata Phrygia, Romanorum prouincia. Itaque Senatus contra eum bellum decreuit: quumque esset deliberatio de præficiendo Imperatore: placuit Senatui, vt L. Sylla in Asiam mitteretur. Cui decreto Senatus intercessione sua sese opposuit P. Sulpitius Tribunus plebis, à C. Mario subornatus, qui vreretur Syllæ gloria: & simul etiam videret, Imperatori in Asiam eundi propositam esse magnã gloriam & spẽ infinitæ opulentiæ. Progressus

L. Syllia.

Mrthridates.

P. Sulpitius.

sus igitur in forum eo ipso die, quo Senatus decretum erat approbandum, magna cum caterua plebis Rom. ac præsertim nouorum ciuium Latinorum, & armata cum manu; strictis gladiis minitatus est Senatui extremum supplicium: quo in loco Q. Pompeij Cos. filius quum liberius quædam esset locutus, continuo interfectus est: fuissetque illa cædes haud dubie causa plurimarum cædium: nisi Q. Pompeius Cos. aufugisset: & L. Sylla simulasset, se non repugnaturum Sulpitij conatibus.

Q. Pompeius.

Sedato igitur tunc isto tumultu L. Sylla præter omnium opinionem, vrbe egressus rediit ad exercitũ: motisque castris vrbem Romam occupat: cui Marius arreptis copiis, quas habere potuit, occurrit in foro Esquilio: vbi pugna acerrima commissa est: eaque non tam seditioso, quam castrensi prælio similis. Tandem quum L. Sylla esset potentior, Mariani coacti fuerũt cedere: & ita facta eruptione vrbe sunt exturbati. Sed L. Sylla vna cum suo collega metuens adhuc periculum, per totam noctem egit excubias; orta autem luce conuocauit plebem & Senatum: & partim deplorans miserrimam faciem Reipublicæ; partim detestatus inquietorum ciuium petulantiam, quæ tantos motus concitaret; potestate Tribunis erepta iterum, ac Senatui reddita, Marium vna cum sociis, eorumque familia vniuersa proscripsit continuoque emisit, qui fugientes persequerentur: eosque vel interimerent, vel retraherent Romam ad supplicia. In ea persecutione P. Sulpitius deprehensus ac confossus est: cuius caput Romæ affixum fuit pro Rostris. Marius

vero

vero senex in Campaniam solus venit: maximoque vitæ periculo, quo tutus esset, in paludibus circa Minturnas latens, sed postea deprehensus, ac funibus inde retractus, custodiæ Minturnis traditus neque tamen ita diu post iterum liberatus: nescio qua auctoritate in vultu ipsius eminente, & terrorem omnibus, etiam Carnifici, qui ad eum occidendum missus fuerat, incutiente: parua nauicula, quam forte fortuna in littore deprehendit, etiam inuito piscatore, in Africam traiecit exul: & in ruinis Carthaginis euersæ vna cum filio delituit per annum integrum. Hæc fuit fortuna Marij, quando ex Italia aufugit. Cæterum L. Sylla perfunctus Consulatu suo, designauit successores Romæ Cn. Octauium & L. Cornelium Cinnam: ipse cum exercitu in Asiam profectus contra Mithridatem. Per absentiam Syllæ, belligerantis in Asia, L. Corn. Cinna Consul tumultuari cœpit, & moliri res nouas, nam & studio Marij multa tentauit, quæ speraret ei profutura: & à Senatu plane tandem discrepare cœpit in consultatione de nouorum ciuium distributione in veteres tribus redigenda: quorum præsidio fretus Senatui extorquere decretum conatus est. Senatus edoctus de proposito ipsius, quod indignum erat ciue, nedum Consule Romano, eum vrbe mox eiecit. Cinna vrbe eiectus & loco motus, in Cãpaniam transfugit: vbi erat exercitus Romanus circa Nolam, & fauore ducum ac militum quibuscumque artibus sibi quæsito, & nouorum ciuium Latinorum copiis passim collectis: qui affatim ad eum cõfluerent: ipse sibi rursus insignia consulatus tribuit:

C. Marius.

L. Corn. Cinna.

& vt

& vt exercitus sibi iuraret, tandem impetrauit: præterea & C. Marium, ista occasione ex Africa reuersum, vna cum filio ipsius, & alios Marianos duces, inter quos etiam fuit Q. Sertorius, sibi coniunxit. Itaque maximis instructus copiis Romam obsident ambo Cinna & Marius: qua parte Ianiculum erat: quibus frustra occursum fuit à Cn. Octauio Cos. aliquot prælijs victo & profligato cum Romanis ciuibus. Quumque aliquandiu durasset obsidio & vrbs vrgeretur commeatuum penuria: cœptum est agi cum Cinna & Mario de pacis conditionibus: ne sc. intromissi in vrbem, vllam cædem facerent: vt Cinna loco motus reciperet Consulatum: vt decreta: quibus Mario & Marianis aqua & igni fuerant interdictum, abrogarentur. Sed hi quidem in vrbem intromissi nihil minus, quam fidem, de qua erat conuentum, præstiterunt: omnia in vrbe cædibus ac rapinis complentes: & non tantum plebeios, sed etiam multos clarissimos viros, quos haberent suspectos, de medio tollentes: è quorum numero fuerunt, (vt cæteros omittam) Octauius Merula flamen Dialis, in ipsa ara trucidatus: Q. Catulus à Mario M. Antonius, orator summus, à Cinna occisus: quorum capita fuerunt rostris affixa. In hoc miserabili & tristi conditione vrbis, etiam L. Syllæ domus, ex quo paulo ante vix fuga euaserant vxor & liberi ipsius funditus est euersa, & omnes eius propinqui, quos deprehendere licuit, miserabiliter interfecti.

C. Octauius.

Octauius Merula.
Q. Catulus.
M. Antonius.

Anno isto elapso, qui fuit proximus huic anno, quo Sylla Consulatum gesserat, Consules declarati

sunt

sunt L. Cinna & C. Marius VII. Cos. sed Marius non diu eo perfunctus est magistratu: in phrenesi, cui laterum dolor accessit, die decimo sexto suscepti Consulatus extinctus: in cuius locum sibi Cinna adiunxit L. Valerium Flaccum eoque coll ga vsus est per illum annum integrum qui tamen ipse etiam, ante exitum, obijt diem à C. Fimbria occisus. Tertio anno Cinna denuo consulatum inijt, & collegam sibi adiunxit Cn. Papyrium Carbonem, hominem valde seditiosum & turbulentum in hunc ergo annum incidit actus tertius huius belli. Confugerant iam ad Syllam non tantum coniux & liberi fuga elapsi: sed etiam plurimi nobilissimi ciues Romani, qui noluerant sese obijcere crudelitati Marianæ, aut saltem spectatores esse immanitatis illius, quam Marius Romæ exercebat. His Rebus cognitis, L. Sylla, quum pleraque omnia bello recuperasset: pace cum Mithridate facta, in Italiam reuertit: contra quem Cinna collegit exercitum: quo potentiam eius, ac reditum hoc modo auerteret. Sed quum iam in fatis esset, vt Cinna tandem pœnas persolueret meritas: ab ipso exercitu in finibus Italiæ in quodam tumultu est interfectus: dignior ille quidem, qui in manus Syllæ incidisset: & ex ipsius arbitrio exquisita perpessus fuisset supplicia. Sequenti anno Consules declarati sunt L. Scipio Asiaticus, & Norbanus Balbus: quo L. Sylla, compositis rebus Asiaticis, rediit in Italiam cum exercitu: quem adeo pacifice, & sine maleficio duxit per omnes Italiæ regiones: vt nõ modo parceret omnib hominib. sed ne frumenta quidẽ, aut iumẽta læderet: Sed quàm

mode-

moderatus fuit ante victoriã: tã sæuus & crudelis fuit parta victoria, & laudem summam reportasset, si eundem habuisset & vincendi, & viuendi finem. Ingresso igitur in Italiam Syllæ occursum fuit maximo cum exercitu, à duob. Coss. Scipione & Norbano. Sed alter Coss. Scipio desertus est à suo exercitu, vltro ad Syllam transiente: alter victus acie in Rhodum aufugit vbi non ita multo post, quum à Sylla ad suppliciũ deposceretur, se ipsum interfecit: Scipioni vero deserto ac prodito ab exercitu, L. Sylla vitam & incolumitatem donauit. Habebant adhuc exercitus in Italia cum alij Mariani, tum etiam C. Marius Iunior: Is Consul renunciatus anno proximo, cum Papyro Carbone, tandem à Sylla victus confugit in Præneste oppidum: tum natura loci, tum etiam præsidiis Marianis valde munitum: & ab exercitu Syllæ postea duriter admodum obsessum. Sed obsidione illa durante, fractis & pulsis cæteris exercitibus Marianis; quorum vni Carbo præfuit: ipse Sylla Romam se contulit, & Senatui promisit, se summa diligentia elaboraturum: vt illud totum incendium restingueret Romam quum venisset Sylla, dux quidam Samnitium, nomine Pontius Thelesinus, qui semper nomini Romano fuerat infensissimus, fruens ista occasione, accurrit ad Romam, cum manu selectissimorum militum Samnitiũ: & ad portas vrbis ita acriter pugnauit cõtra Romanos erũpentes: vt vrbem adduceret in maximũ discrimen: adeo, vt affirmet Paterculus, maiore tunc in periculo Romam fuisse, quam quum Hannibal ex Cannensi victoria ad eam accessit. Tandem tamen

L. Scipio. Norbanus Balbus.

C. Marius Sylius.

Pontius Thelesinus.

Hannibal.

oppres-

oppressus est cum suis Thelesinus & interfectus: in quo non exigua spes fuerat C. Mario Iuniori: futurum sperantis, vt hac occasione facilius acciperet solutionem obsidionis: si nimirum propter periculi magnitudinem exercitus Syllanus domum reuocaretur. Hoc cognito, L. Sylla iussit caput Thelesini circa Præneste ferri affixum palo: in quo quum C. Marius Iunior sibi nihil spei amplius reliquum esse videret: rebus omnibus desperatis: ipse tunc sibi manus intul it: cuius caput Romam ad se delatum intuitus L. Sylla: Remigem (inquit) esse prius oportet, quam gubernacula nauis capessere: Quibus verbis derisit imperitiam & ætatem rudem C. Marij Iunioris. Eo igitur iam trucidato, & plerisque Marianis pulsis, ex Italia, nouum sibi cognomen Felicis asseruit: (quum antea se quoq; nuncupasset venustum) ciuili nempe sanguine, & patriæ trucidatione acceptum: teste Plinio lib. 7. c. 43. Potitus itaque iam sua spe, & compos factus eorum omnium, ad quæ animum adiecerat: cœpit L. Sylla non minorem, sed immo maiorem multo crudelitatem in vrbe exercere, quam Marius exercuerat. nam (si Eutropio credimus) supra nouem millia ciuium Romanorum trucidauit: neque cæde illa contentus miserabili, proscriptionis tabulam proposuit: proscriptorum bona vendidit: eorumq; liberis facultatem eripuit, ac ius vllos honores in Repub. consequendi: factus, inde Dictator anno DCLXXIII. allectis sibi Coss. Tullio Decula & Dolobella: supra quos ipse Regio more sedit pro suo arbitratu omnia constituit: potestate infracta Tribunitia: & quum ciuium Romanorum bo- **Proscriptio Syllana.**

na venderet prædam se suam vendere pro concione dicere solitus fuit: nemo adeo, vt vno verbo dicam, illo inuito nec bona, nec patriam, nec vitam retinere potuit: tanto denique in C. Marium & tam acerbo odio fuit incitatus vt eius reliquias apud Anienem fluuium sitas dissipari iusserit: ipse autem primus è patriciis Cornelius igni voluit cremari: fortasse timens idem suo corpori posse accidere. Et certe illæ cædes mouerunt Q. Catulum Iuniorem: vt ad Syllam conuersus diceret: Cum quibus ergo tandem victuri sumus: si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Tulit autem Leges Sylla complures: sed præcipuas illas, de falso, de parricidio, da sicariis, de iniuriis: quæ leges Corneliæ appellatæ adbuc extant in Pand. siue Digestis ab Augusto deinde renouatæ. Tanta vero seueritate leges defendit suas: vt M. Lucretium Offellam, qui Præneste oppidum ceperat petentem Consulatum alio, quam ab ipso præscripto, more, in medio foro trucidarit: addita voce illa: fuisse quendam rusticum: quem arantem momorderint pediculi: eum bis ab opere cessantem perpurgasse vestem suam ac tertio tandem, quum eum iterum vexarent, abiecisse vestem in ignem. Ita vobis (inquit) suadeo Romani, vt tandem quiescatis: satis me iam momordistis: si tertio feceritis, videte ne & vos in ignem abiiciam. Tandem L. Sylla periit phtitiasi: quem ipse morbum circumtulit vsque ad supremum vitæ spiritum, ex libidine contractum. Moriturus sepulcro suo Epitaphium hoc inscribi iussit: Hic Sylla iacet, quo nemo fuit aut ad reprimendos suos hostes, aut ad iuuandos suos amicos

Leges Corneliæ à Sylla latæ.

M. Lucretius.

L. Syllæ mors.

poten-

potentior. Mortuus vero in quodam prædio, per Italiam in vrbem delatus est maxima pompa in lectica aurea: præcedentibus etiam omnibus insignib. Dictatoriis; in campo Martio sepultus: vbi antea Reges Romani sepeliri soliti fuerunt.

BELLVM SERTORIANVM Hispaniense.

PRofligatis paßim ex Italia Marianis exercitibus & Carbone in Sicilia, ductu Pompeij, interfecto: Q. Sertorius fortunam metuens, in Asiam seceßit. Inde in Hispaniam profectus, pulsis Romanis prætoribus, omnes ferme gentes totius prouinciæ sibi deuinxit. Erat hic dux non modo audax & bellicosus, sed etiam mirum in modum callidus: ita vt ab Hispanis alter Hannibal nominaretur. Nec parum ei commendationis attulit singularis temperantia & castitas: quarũ rerum studio maxime flagrabat. Studiose autẽ hoc agebat, vt barbaricæ genti religionis & somniorum falsa specie fucum faceret: eamque ad rem vtebatur alba cerua: quam fingebat sibi à Diana missam esse: & quid facto opus esset, prædicere. Quo figmento ita dementauit Hispanorum animos: vt teste, Gellio, nemo eorum, licet alias genus id hominum sit mobilißimum, vnquam ab eo desciuerit: quantũuis etiam multis prælijs esset superatus.

Q. Sertori. De cerua Sertoriana vide Gell. lib. 5. c. 32. Plin. lib. 8. c. 32. Valer. Max. lib. 1. cap. de simulat.

Contra hunc missus est à Sylla Metellus Pius: qui per aliquot annos dubio Marte cum eo pugnauit. Sylla mortuo, quum & Metellus debilitatus

Metellus Pius.

Perpenna. *esset & irrumperet in Hispaniam cum exercitu Perpenna: qui Prætor fuerat Lepidi Cos. in Sardinia exstincti (Mouerat autem hic Cos. statim à funere Syllæ tumultum, & conatus fuerat decreta Syllæ de Italis abrogare: ac arrupta manu Italorum ad vrbem accesserat, indeque depulsus contulerat se in Sardiniam: vbi dum bellum moliretur, periit catarrho) ac licet initio nihil cum Sertorio commune haberet: Metellum tamen inuasurus esset Senatus Metello collegam adiunxit Cn. Pompeium Magnum: cuius maxima virtus in bello Syllano fuerat. Huic non minus, quam Metello, primum satis acriter restitit Sertorius, cum quo se iam Perpenna, cogente suo exercitu, coniunxerat. Ad extremum vero fortunam suam fractam animaduertens, incipiebat indulgere & omnia segnius persequi. Id ægre ferens Perpenna, insidiose eũ interfecit. Sublato Sertorio, Perpenna victus, quũ viuus ad Pompeium victorẽ adduceretur: & arcana quædam de seditiosis, qui adhuc Romæ reliqui essent, proditurum sese promitteret, trucidatus iussu Pompei, qui vt homo sapiens, nolebat spargi nouorum malorum semina, pœnas perfidiæ soluit. Atq; hic tandem belli Syllani finis fuit.*

Cn. Pompeius.

Perpenna.

BELLVM CVM GLADIATORIBUS, duce Spartaco.

μονομαχία. Gladiatores.

MOris fuit Romæ in ludis & spectaculis singulari certamine committere gladiatores, qui de capite digladiari solebant. Eum ad vsum alebantur & instituebantur Capuæ in ludo gladiatorio: vbi positæ ipsis

tæ ipsis erant custodiæ. Erant enim plerumque homines in seruitutē redacti, & in bellis capti, robore corporis præ cæteris conspicui. Ex ea custodia Spartacus natione Thrax, cum LXXIIX. aliis profugiens: eo nimirum tempore, quo Pompeius in Hispania militabat contra Sertorium: primo Vesuuium montem armis arreptis petiuit, & seruos ad redimendam libertatem vocauit, mox crescente indies leuissimorum hominum multitudine, quum ad ipsum plurimi serui quotidie aduolarent, velut Imperator cum iusto exercitu incedens: grauibus variisque casibus multa loca Italiæ affecit: & rapinis creuit in tantum; vt non modo diutius, quam Romani cogitarant, bellum extraheret; sed etiam aliquot præliis Romanos duces vinceret. Tandem huius belli patrati gloriam consecutus est M Licinius Crassus: qui duobus præliis difficillimis Spartaco fuit superior. Ac in posteriore prælio Spartacus, quum in Romanā aciem sese ingessisset: & veluti furibundus ad Imperatorē Crassum, quē vnice tollere sibi proposuerat, contenderet, oppressus atque interfectus est. Ideo autem acrius in victoriam obtinendam incubuit Crassus: quia metuebat, ne gloria illa sibi præriperetur à Pompeio: qui iam victo Sertorio in Italiam reuertebatur: confecturus scilicet bellum cum Spartaco: cuius causa à Senatu fuerat domum reuocatus. Et fuerant antea quoque simultates inter Pompeium & Crassum in bello Syllano, ex mera æmulatione ortæ: quas postea hoc auxit: quod quū ambo victores Romam ingrederentur, Pompeio triumphus de Sertorio est concessus, Crassus, vt cuius vi-

Spartacus Thrax.

Sæpe etiā cōteptus hostis dedit cruentas clades LIV.

M Licinius Crassus

Simultates inter Pompeiū. & Crassum

De oratione Gel. lib. 5. c. 6. Ouā di(ait) causa est, quā do aut bella non rite indicta fuerunt, aut gesta non cum hoste iusto, qui facile vinci potuit: aut quando hostiū nomen fuit humile & abiectā, vt piratarum, aut denique quum victoria fuit parta deditione inuenta, & sine puluere, ac labore, qualis victoria declaretur illo prouerbio, Salmacida spolia.

ctoria propter hostem humilem ignobilior esset, in sola oratione coactus fuit acquiescere. Itaque narrant eum coronam myrteam, quæ ipsi de more fuit missa, insolenter abiecisse: & curasse demum vt lauro coronatus; oraret se indicans non meritū esse orationē Veneream, sed potius Martialem. Quumque ambo essent Consules delecti; retinuit vterque suum exercitum in Italia: & gubernationem ita administrauit: vt facile appareret animos eorum dissidere. Metuens igitur populus, ne perfuncti Consulatu bellum intestinū accenderent: eos magistratum deponentes obtestatus est vt memores Syllanæ calamitatis: q̄ pene euertisset Rempub. darent se ad lenitatē, exercitus dimitterent: nec priuatis inimicitiis augerent ærumnas publicas. Tum Crassus prior è solio descendens, dextram, fidei ac beneuolentiæ Symbolum, Pompeio porrexit: Pompeius vicissim eum complexus, omnia se & ipsi, & patriæ condonare dixit: hoc modo principes isti Reipub. in gratiam redierunt. Porro vt Crassus iste, cuius nomen apud multos auctores satis clarum est, fiat notior discentibus: pauca quædam de eo addam. Celebratur autem hic Crassus præcipue propter opulentiam & φιλοπλουτίαν, quæ fere semper cum diuitius coniuncta esse solet, iuxta Satyirici illud.

Interea pleno quam turget sacculus ore,
Crescit amor memini, quantū ipsa pecunia crescit:

Et

Myrtus est sacra Veneri, illa corona significabatur, victoriam illam minus esse nobilem, & magis conuenientem Veneri, quam Marti. Plin. lib. 15. c. 29 Plutarchus in Marcello. M. Licinius Crassus post Syllam ditissimus atque opulentissimus. Iuuen. Satyr. 14.

Et minus hanc optat, qui non habet, ergo paratus
Altera villa tibi, quum rus non sufficit vnum:
Et proferre libet fines, maiorque videtur,
Et melior vicina seges, mercaris & illam.

Ac nota ex χρεία ipsius apud Plutarchum & Ciceronem & Pliniũ nullã pecuniam satis magnam esse ei, qui Reipub. princeps esse vellet: cuius fructibus non posset alere exercitum. Meminit eiusdem & Plinius lib 23. c. 3. Sicut autem auaritia mater est multorum malorum: ita etiam Crassus, vir alioqui bonus, pecuniæ causa nihil non fecit, immo, quod tanto viro indignissimum est se falsum hæredem in testamento cuiusdam opulenti hominis scribi passus est: & multa alia iniuste fecit. Quin etiam à thesauris templorum non abstinuit: perinde quasi nihil esset homini meli⁹, aut prius, opulentia siue ea p fas siue per nefas cõquireretur. Huius φιλοπλουτίας satis tristes pœnas dedit in bello Parthico: q; gessit anno XVI. post confectum bellum cum Spartaco: in quo proditoris cuiusdam insidiis in mediam hostium regionem, vnde regredi non liceret, deductus, amisit primum in quodam prælio filium P. Crassum, maximi ingenij & maximæ spei iuuenem: qui Ciceronis fuerat studiosissimus: & sub Cæsare aliquandiu cum maxima laude militauerat.

Cic. 3. Offi. Valer lib. 1 Seneca. sine me pessimum vocari, dummodo diues vocer. Bellũ Parthicum.

P. Crassus Crassi F.

Hunc persequẽdi hostes studio longius à castris progressum, cum vniuerso comitatu Parthi oppresserunt: & caput interfecti palo affixũ circũtulerunt castris Patris: cui insultabant sarcasmis acerbissimis. nec ita diu post pater Crassus iam sexagenarius ab exercitu

ad insidiosum colloquium de induciis cum hostium duce Surena, cuius dolos præsentiebat, descendere coactus: non minus turpiter, quam miserabiliter confossus est, quum quidem abiens ex suis castris ad duos duces Romanos hæc verba dixisset: vos vero (inquit) & quicunque Romanorum adestis duces, vos itineris mei necessitatem cernitis: & testes mihi estis, quam fœda & dura patiar: sed vbi salui euaseritis, hac solũ Romæ dicite: Crassum perfidia hostium deceptum, sed non à ciuibus traditum interijsse. Addit insuper Eutropius: quod tandem auro quoque in os eius infuso sit suffocatus: quum paulo ante contra Parthos proficiscens in itinere thesauros templi Solymorum, quos Pōpeius (vt mox dicetur) intactos reliquerat: diripuisset & sociis, quacunque iter fecisset, indixisset maxima stipendia. Sed misso tandem Crasso ad reliqua pergamus.

Mors Crassi.

BELLVM MITHRIDAticum.

INter nobilissima bella, quæ Romani gesserunt cum exteris nationibus, non immerito etiam ponitur Bellum Mithridaticum: non tantum propter maximas strages, quibus hostes à Romanis sunt affecti: sed quia nullum bellum maius incrementum attulit imperio: vt nimirum plures prouinciæ accederent: quæ vel Mithridati regi potentissimo paruerant: vel alias impetu quodam victoriæ fuerant implicatæ. Nobis vero in Ecclesia huius belli historia etiam hoc nomine

gra-

gratior esse debet: quod tunc primum Iudæa in Romanorum potestatem venit: quum quidem Pompeius debellato Mithridate; Aristobuli & Hircani dißidio, in Palæstinam esset attractus. Fuit autem Mithridates, cum potentia, tum consiliis & animo omnibus suæ ætatis regibus superior. Late enim etiam vltra Ponticas regiones imperium ipsius sese extendit: q; occupauit impie pulso inde per vim suo patre. Celebratur etiam *in hoc rege insignis memoria, & artis medicæ studium eximium.* Nam *viginti duabus linguis illum locutum fuisse, nec ex gentibus subiectis quenquam per interpretem compellasse affirmant Plinius lib. 25. c. 2. & lib. 7. c. 24.* Gell. *lib. 17. c. 17. Valer. lib. 8. c. 7. Eutropius hic, & alij.* Compositio *autem illius Antidoti, quod ab ipso Mithridaticum nominatur, satis ostendit; quam fuerit in arte medica peritus. Ac scribunt, eius tantam vim esse contra venena: vt non modo sæpe ostentandi gratia haustum ab ipso venenum rapidum & velox repulerit; sed etiam quum victus violentißima venena, accersendæ spontaneæ necis gratia, ebibisset, nihil ea efficere valuerint. Est & hoc de Mithridate memorabile, quod, quum aliquando à Rhodiis captus esset, quidam Leonicus nominė, qui acerrimus defensor regis fuerat, ipse ad redimendam eius salutem omnes hostium captiuos permutauit: satius esse existimans, ab inuisißimis circumueniri quam bene merito gratiam non referre.*

Porro quod ad causas belli Mithridatici attinet: longa sunt iniuriæ, longæ ambages, quas, qui volet, petere potest ex Appiani bello Mithridatico. Semina

Iudæa Romana prouincia facta quādo.

De Mithridate sic scribit Paterculus: Vir neque silendus, neque dicendus, sine cura, bello acerrimus, virtute eximius, aliquādo fortuna, semper animo maximus, cōsiliis dux, miles manu, odio in Romanos Hannibal.

Mithridates πολύγλωττος:

Mithridaticum.

Mithridates à L. Sylla debilitatus, à Lucullo fractus, à Pōpeio tandē victus.

tamen præbuerunt regiones Ponto vicinæ, Capadocia & Bithynia: quarum illam aliquandiu tenuerat Mithridates: donec ipsi, Romanorum iussu (hic .n. in forma fœderis conuenerat) inde excedere coacta, Ariobarzenes successit: Bithyniam vero Romani Nicomedi tradiderant. Quum autem isti ambo reges, Romanis amici, Ariobarzanes & Nicomedes, clandestinis Mithridatis consiliis ex regnis istis essent eiecti: & postea à Romanis restituerentur: cœperunt in gratiã Romanorũ, quib. norãt Mithridatis potentiã inuisã esse, in regionẽ Ponticã excurrere. Prospiciens tũc Mithridates, quo res tenderet: & iam pridẽ iustas occasiones belli contra Romanos quærens: Legatos quidem Romã misit, q de vtriusq; regis iniuria cõquererẽtur: nihilominus tamẽ ipse in apparatũ belli fuit intẽtus: colligẽs exercitum ex nationib. vicinis: & cũ rege Armeniæ Tigrane, cui filiã despondebat, affinitatẽ cõtrahẽs; Ægypti quoq; ac Syriæ reges ad societatem alliciens. Audiuit Senatus Legatos: sed de apparatu edoctus, iniquior Mithridati fuit. Iam igitur Mithridates aperte Romanorũ hostis factus, Capadociam Ariobarzani eripuit: & vnice hoc molitus est: vt ab Oriente in Occidentem bellum transferret: præsertim quum audiret, Italiã intestinis bellis esse distractam. Nihil itaq; prætermisit, q ad frangendã Romanorũ potentiã aliquid momenti allaturũ videbatur: adiunxit sibi gentes plurimas Ponto vicinas: in Hispaniam quoq; & Galliã, q de fœdere agerẽt misit, deniq; auctor ipse fuit vt à Cicilia vsq; ad Herculis columnas mare infestaretur: & impedita nauigatione ciuitates fame &

magna omnium rerum penuria laborarent. Tanto conatu rem aggressus, primum magnos successus habuit; nam Romanos exercitus hinc inde in Asia collectos vicit: castra Nicomedis cepit, tota Bithynia eũ expulit: Inde in Asiã perrumpens vniuersam Ioniã & præcipuas vrbes sine sudore & sanguine, sola pollicitatione præmiorum occupauit inter quas fuerũt & Ephesus, Mitylene, Stratonice, & aliæ; Romanos, vbicunq; in Asia negotiabantur, interfici curauit. Narrãt nõnulli eũ vna epistola, vno die LXXX. millia ciuiũ Romanorũ in Asia per vrbes negotiandi gratia dispersa, interemisse. Quin omnis fere Græcia defecit ad Mithridatem: quum eo missus esset cum maximis copiis Archelaus dux Mithridaticus: sed ne tota deficeret, in causa fuit Presbius Sura, qui Archelaum prohibuit, ne Thessaliam inuaderet. Hic sua virtute & felicitate multas vrbes cunctari fecit, ne ad defectionem ruerent præcipites. Fuit tunc Athenis Philosophus quidam nomine Athenio: qui magna pecunia à Mithridate conductus, ciuibus suasit, vt Mithridati sese adiungerent: quia melius esset, vnum esse orbis Monarcham Regem quam tot auaros dominos Romanos: & nominauit Romanum imperium ἀναρχίαν. Hic Philosophus aliquandiu velut Tyrannus, septus armato satellitio, dominatus est Athenis: interfecit multos ciues, multorũ facultates diripuit: & magnis aceruis pecuniæ in Delũ missis demũ aufugit. Successit ei Aristio, cõflatus (vt Græci scribunt) ex crudelitate & petulãtia q; pecunia à Mithridate instruct⁹ tyrãnidẽ patriæ intulit. Iã igitur etiã vrbs Attica Mithridatis

Archelaus

Presbius Sura.

Athenio.

Aristio.

Plutarch. in Sylla.

partes sequebatur: & potētia regis ita crescebat quotidie: vt plurimi certo confiderent, cum Rom. Imperium funditus esse euersurum, hanc fiduciam cōfirmabat regis ipsius diligentia magna, nihil enim omnino, quod homini possibile esset, omttere videbatur, cum in agendo, tum in deliberando; in omnes rerum gerendarum occasiones intentus. Romani hoc tam periculoso motu perculsi Syllam Imperatorem ad bellum Mithridaticum cum exercitu miserunt. Is simulatq; in Græciam traiecit: vrbem Atticam totis viribus adortus est, ea ne dederetur, prohibuit Aristio. Quare Sylla vrbem terra marique circumsessam tandem vi cepit, & magnam ciuium multitudinem in vrbe trucidauit, multi etiam ante fame perierant: nam medimnus frumenti vendebatur Mille drachmis, id est, Centum Coronatis, qui mediocribus annis æstimabatur quinque drachmis. Aristio autem vrbe capta quū in arcem confugisset, ibique obsessus non haberet aquam, qua sitim leuaret: se ipsum interfecit. Postea Sylla in Bæotiam transiens, duobus magnis præliis vicit Archelaum: & partem vrbis Thebanæ prorsus diruit: & Thebanis dimidiam Bæotiam ademptam attribuit Phocensibus. Itaque videns Mithridates, qua felicitate Romanus dux vteretur: pacis conditiones ei obtulit: quas Sylla ita accepit, vt Rex promittere cogeretur, se Asia, Bithynia & Cappadocia omni cessurum: & futurum contentum regno Pontico. Ad hunc modum pace facta, Sylla in Italiam reuersus est, vbi iam ardebat bellum ciuile, cuius incendium ipso absente Cinna Cos. auxerat. Quæ autem à Sylla & aliis

L. Sylla.

Athenarū deditio & direptio.

gesta

gesta sint, supra memoratum est. Mouisset paulo post Mithridates arma denuo irritatus nimirum à L. Murana, qui in Capadocia ipsi molestus erat: sed illæ scintilla noui incendij cito fuerunt consopita. Mortuo autem Sylla, bellum Mithridates renouauit: Tigranem generum, regum Armeniæ potentißimum subornans: vt Capadociam ipse quasi proprio suo impetu inuaderet. Quum autem ipse maximo apparatu bellico, quē moliebatur, sese proderet, Romani deprehensis insidiis Imperatorem fecerunt in Asia L. Lucullum: qui antea sub Sylla classem rexerat. Hic Lucullus multas magnas ac memorabiles res geßit: & primus Romanorū Taurum montem cum exercitu est transgressus, ad vrbem Cizicum, exercitum Mithridatis fame ferroque deleuit: pulsumque Bithynia regem, & variis belli casibus fractum, coëgit in Pontum fugere: & Tigranis generi, ac Macharis filij, quem Bosphoranorum regem constituerat, opem implorare. Idem Lucullus in Ponto contra Mithridatem magna fortuna vsus, vniuersas ferme Ponti vrbes occupauit, & filiū Mithridatis Macharem, Bosphoranorum Regem in amicitiam recepit. Fugerat iam Mithridates ex Ponto ad generum suum Tigranem. Is quanquam primo Socerum ad suum conspectum non admisit, neq; congressu eum dignatus est: sed in loco quodam regio eum solum sustentari creauit: tamen noluit eum petenti Lucullo tradere. Quare Lucullus motis castris Tigranem inuasit: contra quem eduxit Tigranes exercitum L. mill. equitum, & CC. mill. peditum, in aciem, cum Romanis dimicaturus.

Mithridatis perfidiosa rebellio.

Bellum Mithridaticū secundum

Tigranis clades. Et tamen hæ immensæ copiæ non sustinentes Romanorum militum impetum, priusquā iniretur certamen, in fugam conuersæ sunt. Peditum in ea fuga vltra C. mill. cecidisse: equites paucos admodum euasisse incolumes: Romanorum vulneratos Centum, & quinque solummodo interfectos esse, proditum est. Postea Tigranes instaurans exercitum, Mithridatem vt rei bellicæ magis peritum, ei præficit. Etsi autem Lucullo multa cedebant ex sententia: tamen in aliquot præliis leuiorib. victor erat Mithridates & multa loca recipiebat: nec parum impedimenti afferebāt Lucullo subsecutæ crebræ seditiones militum: quarum causam fuisse scribit Dion: quod Lucullus, quum rei Imperatoriæ alioqui peritissimus esset, nimis fuerit erga milites asper, & minus liberalis: vt qui multa ipsis iniungeret: difficilis esset in congressibus: operum exactor per quam attentus: in pœnis irrogandis inexorabilis: & qui neque sermone, neque æquitate sibi eos deuinciret: neq; honorum pecuniaq́; muneribus cōciliaret. Inde factum est vt quandiu ex sentētia omnia succederent, prædasq; laborib. pares milites cōsequerentur, Luculli dicto audientes essent: posteaquam vero aduersas res experti, pro spe metum sibi propositum viderent: eius auctoritatē defugerent: præsertim quū de alio Imperatore, qui Lucullo successurus dicebatur rumor esset allatus. Dum hæc in Asia geruntur: Pompeius, victo iam Sertorio (qui & ipse fœdus cum Mithridate pepigerat, & duos Romanos ex suo senatu in Pontum ablegarat, vt eorum consiliis Rex vteretur) contra piratas missus est. Etsi autem piratarum

Tigrantes exercitum instaurat.

Luculli mores.

C. Pompeius.

rum conatus non facile videbantur posse retundi: (ita enim vires acquisiuerant, vt iam non modo vniuersum Mare, quod est inter Ciliciam & Columnas Herculis, infestum redderent, sed etiam multas vrbes maritimas diriperent) tamen Pompeius sua prudentia, quum admodum ingeniose copias suas distribuisset, incendium illud sine magno negotio repressit. Attulit ei hæc felicitas maximam gloriam: & in causa fuit, vt proposita rogatione Manilia (cui tamen L. Hortensius, & Q. Catulus præ ceteris acerrime se opposuerunt, metuentes nimirum, ne Pompeius nimium cresceret, & honorum atqua immodicæ potestatis incremento abuteretur) committerentur ipsi belli Mithridatici reliquiæ. In ea lege obtinenda non parum sudarunt Cæsar & Cicero: quorum tamen neuter sincero Reipub. aut Pompeij studio id faciebat: sed hic, quia Reipub. administrationem affectabat, ostendere volebat, quid præstare posset, si se aut plebi, aut nobilitati adiungeret: ille vt gratiam populi, quem longe potentiorem Patribus esse, & Pompeio studere videbat, hac ratione demereretur: & aliquãdo simile decretũ ipse quoq; extorquere posset. Quum igitur Pompeius venisset in Gallatiam: & Lucullus ei obuiam factus, ac debellatum iam esse affirmans, persuadere non posset, vt retro cederet: iurgiis inter eos certatũ est: in quib. & antea simultates nõ paruas accenderat ambitio & gloriæ cupiditas. Ac Lucullus Põpeio interminatã cupiditatẽ imperij obiiciẽs, inter cætera etiã hoc dixit: quod esset Vultur alieno insidens cadaueri: Pompeius cõtra Lucullo infamiam obiecit:

De bello Piratico vide Dion lib. 36. Plutarchi in vita Pompei, Appiã in bello Mithridatico.

Cic. pro L. Manilia.

nec

nec tamen vterque id de quo arguebatur, negare potuit. Nam neque Pompeius, vt primum Rempub. aggressus est, quenquam animo parem tulit, & in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebat, neque eo viro quisquam, aut alia omnia minus, aut gloriam magis concupiuit; in appetendis honoribus immodicus, in gerendis verecundissimus: vt qui eos, sicut libentissime iniret, ita finiret æquo animo: & quod cupiisset arbitrio suo sumere, alieno deponeret. Et Lucullus, summus alioqui vir, profuse in ædificiis conuictibusque & apparatibus, luxuriæ primus auctor fuit, quem ob iniectas moles mari, & receptum suffossis montibus in terras mare, haud infacete Pompeius Xerxem Togatum vocare assueuerat. Quum autem Pompeius, nil motus Luculli conuitiis, edictum proposuisset, ne quis in posterum Lucullo obtemperaret: copias omnes ad se attraxit: & celeritate maxima Mithridatem, occasionem belli trahendi quærentem, in Armenia adortus, nocturno prælio vicit. Contendit tunc Mithridates fugiens ad Tigranem: quem domestica seditio à filio Tigrane mota exercebat: sed is non modo fugientem socerum non excepit: verum etiam Legatos missos coniecit in vincula. Itaque spe sua frustratus Mithridates petiit Bosphorum: ibique filium suum Macharem quem ipse antea regno huic præfecerat, insidiose interfecit. Interim à patre victus erat Tigranes Iunior: quumque nihil spei habere posset in auo Mithridate: quem videbat indigere potius aliorum auxilio, quam alij posse oppitulari: cum Romanis sese coniunxit. Hoc duce vsus Pompeius in Armeniam

Pompeii. Symbolũ. αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Lucullus Xerces Togatus.

Tigranes Fil.

contra

contra patrem Tigranem, regem alioqui potentissimũ nisi q̃ à Lucullo fractus fuerat, exercitum duxit: ibi Tigranes re cognita ad Pompeium supplex confugit, qui pedibus castra ingressum, proiectoque diademate in terram prolapsum miseratus subleuauit: & cinctum rursus diademate, ac in proximo subsellio collocatum, cõsolatus est. Ademtis autem reliquis regionibus, quæ ei paruerant: inter quas fuerant bona pars Syriæ & Cappadociæ, item Phænitia & Sophene, regio Armeniæ finitima: solam ei Armeniam reliquit: & in fidem Romanorum eum recepit. Ferunt filium Tigranis, qui ab altera parte Pompeio assederat, neque surrexisse patri, neque vllum aliud humanitatis indicium ei exhibuisse: eaque de causa Pompeium ei valde infensum factum: leui postea occasione oblata, posuisse ei custodiã, ac Romam abduxisse. Inde Põpeius relicto in Armenia Afranio, inuadens gentes, quæ circa Caucasum habitant, subiugauit etiam Iberos & Albanos. Postea in Syriam ac Phæniciam ingressus est: cum vt maiorem gloriam consequeretur, si victoriam ex omnibus ferme terræ partibus, quas Oceanus alluit, reportaret: tum vt hoc modo facilius expugnare posset Mithridatem, quem videbat in modum fugitiui cum suis copiis hinc inde vagari: & quia nusquam pedem figeret, nulla ratione facilius, quam fame debellari posse. Quam ob causam & commeatus omnes in Bosphorum interclusit: & hoc egit vnice, vt occupatis vicinis regionibus, nusquam haberet Rex diuerticulum & refugium aliquod. Cæterum quum venisset Pompeius in Syriã: Hierosolymam attractus

Alexander Ianneus. Hircanus II. Aristobulus II.

est Hircani & Aristobuli fratrum dissidiis. Relique- *rat Alexander Ianneus duos filios, Hircanum II: ingenij sedati, & tranquillitatis amantem hominem, & Aristobulum II. vehementis animi iuuenem.* Etsi *autem coniux Alexandri marito mortuo in regno successit, tamen summum sacerdotium filio maiori natu Hircano tradidit. Postea ipsa mortua, quum Hircanus etiam regnum hæreditario iure fuisset adeptus, à fratre Aristobulo victus, & in munitionem templi fugere coactus, iubetur priuatus viuere, & regnū cū sacerdotio summo fratri concedere. His quidem conditionib. aliquandiu acquieuit, sed tādem ab Antipatro Idumæo, Herodis patre, variis criminationibus de Aristobuli fratris insidiis impellitur, vt in Arabiam ad regem Aretam, cum quo Pompeio etiā fuerat negotiū, profugiat: quē idem Antipater magnis promissionibus adigit: vt Hircanum in regnum Iudææ restituere conaretur. Aretas igitur cum exercitu Iudæam ingressus, Aristobulum occurretem acie vicit, & capta vrb. Hierosolyma, templo inclusum obsedit aliquandiu, donec Scauri iussu, qui Pompeij Legatus Syriæ præerat, copias suas in Arabiam reducere coactus est,* Ita *hic cognatus Hircani fuit irritus.* Deinde *quum Pompeius in Syriam venisset, duo fratres Hircanus & Aristobulus inter se accusare coram Pompeio cœperunt, & de regni ac sacerdotij iure contendere.* Sed *Pompeius Antipatri prudentia & officiis æquior factus Hircano, certis conditionibus dimittit Aristobulum, quas quum ille contemptu eluderet, Pompeius Hierosolymam profectus vi bem obsedit, ac tandem vi cepit,*

Antipater.

Aretas.

Scaurus.

Cn. Pompeius Magnus.

cepit, Hircano summum sacerdotium sine regno restituit, & Aristobulum captum secum Romam abduxit. Porro commorante adhuc Pompeio in Syria, misit Mithridates ad eum Legatos, qui pro paterno regno tributum se Romanis annuum numerare velle significarent. Quum autem Pompeius iussisset, vt Mithridates ipse accederet, &, quod Tigranes fecerat, supplex culpam deprecaretur, memorant dixisse Mithridatem, se, dum Mithridates esset, hoc nunquam facturum. Quapropter iam vltima tentare cœpit, & summa cum celeritate exercitum ac instrumēta bellica, vnde potuit, reparauit. Sed quum vrbes plurimæ, quas adhuc in potestate habebat, deficerent & quadā ex filiabus, ducum perfidia, ad Pompeiū adducerētur, desperans quodammodo de regno patrio, animum ad inuadendam Italiam adiecit; iturus tamen prius ad Gallos, vt se cum illis coniungeret, quos norat Italorū hostes esse acerrimos, & secum iam antea confœderatos. Destitutus autem obedientia militum, qui in tam longinquas terras eum sequi recusabant, perficere hoc non potuit. Quin etiam in maiores calamitates incidit propter defectionem filij Pharnacis, qui, Pharnacis. *siue quod patrem metueret, siue quod speraret à Romanis regnum se accepturum, & ipse patrem deseruit, & pertracta ad se ferme omni multitudine, regiam coronam, in quodā tumulo procul spectante Mithridate, sibi imponi passus est. In hunc modū desertus Mithridates, fugit in vrbē Panticapæum: quam Pharnaces facile ad se conuertit. Ac iam inclusus arci Mithridates, &, ne Romanis traderetur, metuens,*

 vene-

venenum quidem hausit maximè mortiferum, sed nihil inde sensit lethalis incommodi. Ita enim corpus ipsius aßiduo antidotorum vsu obfirmatum erat: vt etiam contra rapidißima venena esset tutum. Manum igitur sibi inferre conatus est: verum quia illa & propter ætatem; & propter ingruentem calamitatum molem tremebat: ne sic quidem finire vitam potuit. Tandem à Celtarum quodam duce Bitoro, à quo hoc obnixe petierat, est interfectus, & sic, qui per omnem vitam quam maxime varia fortuna fuerat vsus non simplici mortis genere concidit. Romani, audita in Syria eius morte, maximis eam festiuitatibus prosequuti sunt, veluti liberati hoste acerbißimo; qui ipsis ad annos XL. negocium fecerat. Pompeius rebus in Syria, Arabia, Ponto, & cæteris Asiaticis regionibus compositis, corpus Mithridatis regio more sepeliri curauit, ipse victor, suoque & ciuium voto maior, & per omnia fortunam hominis egressus: in Italiam ad triumphum omnium splendidißimum profectus est. Ita autem modestum se geßit, vt, licet summam potentiam obtineret; & populos omnes, in quos imperium habuerat, deuinctos sibi esse nosset; adeoque & Italiam, & Romam sibi potuisset subiicere, tamen vt primum aduectus est Brundusium, copias omnes sua spõte dimisit, nemine iubente, & ne quidem ad triumphum adducere voluit. Idem quoq́; etsi multa noua nomina de tot rebus gestis accipere potuißet, nullum tamen sibi assumsit: nec cognomentum vllum asciuit, sed nomine Magni, quod ante hæc facinora nactus erat, fuit contentus.

Mithridatis mors.

CON-

CONIVRATIO CATI-linaria.

QVæ res maximas mutationes afferunt Rebusspublicis luxus nimirũ, & vulgi audacia, eæ Romanam quoque Rempublicam tunc, quum Pompeius in Asia bellum gereret, in summum discrimen adduxerunt. Crescebat indies luxus immodicus: & multorum rem familiarem ita exhauserat: vt iam aut manifeste mendicitas obeunda, aut ad malas artes confugiendum esset. Confirmabunt etiam vulgi licentiam non modo tribuni, qui assidue plebem contra patres incitabant: verum etiam inquieti sermones multorum decoctorum, qui effrenatam licentiam & petulantiam, cuius gustum in motu Syllano perceperant, tanto auidius appetebant: quanto certior priuatarum rerum iactura, saluo Reipub. statu, ipsis erat proposita. Et huic malo ideo minus resisti poterat: quod Pompeius, præcipua præsidia secum abduxerat in Asiam, motus quoque in Hetruria & Gallia Cisalpina gliscebant. Erat tum Romæ inter cæteros nouandarum rerum cupidus L. Sergius Catilina, audacia & versutia non minus, quam nobilitate generis insignis, qui sub Sylla quondam militauerat, & perdiderat iam fortunas pene omnes luxu & largitionibus: quibus & Ædilitatem & Præturam fuerat consecutus, & vulgi fauorem meritus: maximo etiam ære alieno

Bellum Catilinarium

L. Catilina

De Catilina sic Eutropius. Fuit homo nobilissimæ familiæ, sed pessimi ingenij, & qui nobilitatẽ suã deformauit pessimis moribus.

Commisit incestum cum filia & filium proprium occidit, in gratiam mulierculæ, cuius nuptias appetebat Appian.

erat obligatus. Hic præ cunctis aliis in occasiones rei nouandæ intentus, obnixe operam dabat: vt illo anno, quo Cicero ad Consulatum euectus est, ipse præficeretur Reipub. Hoc.n. modo sperabat se occupaturū tyrannidē, sed propter suspiciones, quas multis mouerat repulsam passus est: & Consul electus Cicero, vir tam auctoritate, quā eloquentia præstantissimus. Hoc ægre ferens Catilina, non tantū Ciceroni ignobilitatē generis passim obiecit, nouū eū hominē & inquilinū appellans, sed etiam Romæ multos adolescentes, cōpotationū & scortorū illecebris corruptos, sibi conciliauit, ac in Hetruria & aliis quibusdam Italiæ locis clā collegit manum, vt eius præsidio munitus, si in fine eius anni denuo Coss. deligendi essent, dignitatem istā per vim obtineret. Eamque ad rem vtebatur præcipue opera cuiusdam Manlij: qui militiæ quidem peritissimus erat, & sub Sylla ordines duxerat: sed non minus, quam Catilina, prodigus, omnem rem familiarem dilapidauerat. Appetentibus autem Comitiis, Cicerone auctore, à Senatu statutum est, vt, qui largitionis in ambiendo consulatu conuinceretur, is præter constitutam multam decennali insuper plecteretur exilio. Catilina hoc propter se, sicut reuera erat, promulgatū esse sentiens, statuit per suos cōplices Ciceronē & alios viros primarios in ipsis Comitiis interficere,

in Bello Catilin. Salluſt. in L. Catilina nobili genere natus fuit: magna vi animi & corporis, sed ingenio malo prauoque. Huic ab Adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, stupra grata fuere, ibique iuuentutem suam exercuit: corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris, supra quam cuiquam credibile est, animus audax, subdolus, varius cuiuslibet rei simulator & dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis loquētiæ sapientiæ parum, vastus animus: immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiens, &c.

ficere, & hoc modo consulatum rapere: Sed nihil tum efficere potuit. Nam Cicero, deprehensis insidiis, eas Senatui patefecit: ipsumq; Catilinã grauiter accusauit. Quum non persuaderet, vt ea, quæ volebat, patres decernerent (nam plerique eum priuato odio adductum accusationem istam instituisse suspicabantur) in præsenti erat periculo. Igitur non amplius audebat in concionem solus, vt alias consueuerat, progredi. sed cinctus aliquot suis familiaribus, qui ad arcendam vim aderant, & loricam sui corporis tutandi gratia gestans, quam subinde data opera ostendabat, prodibat in publicum. Hanc ob rem, & quod alioqui rumor increbuerat, insidias Ciceroni collocari, populus vehementi indignatione commotus est, & terror incussus Catilinæ sociis vt cogerentur quiescere. Ita consulib. aliis designatis, Catilina nõ iam occulte, nec soli Ciceroni eiusq; sectatoribus, sed toti Reipub. perniciem machinari: flagitiosissimum quemque nouarumque rerum studiosissimum sibi adiungere, deinde ex sociis Romanorum etiam quam plurimos spe nouarum tabularũ, ac futuræ diuisionis agrorum, aliisque, quæ plurimum apud ipsos poterant illecebris allicere cœpit. Erant inter hos nõ pauci viri primarij, Lentulus & Cethegus, vrbani Prætores, ac ipse etiã collega Ciceronis Antonius, quẽ Plutarchus scribit propter æris alieni magnitudinẽ Catilinæ studio fauisse, sed paulo post quum animaduertisset, quem exitum eius conatus esset habituri, sensim se à seditiosis consiliis subduxisse. Ac narrãt Dion & idẽ Plutarchus. Catilinæ socios cõiurasse, imposita digitis in viscera pueri à se ma- P. Lentulus Sura. C. Cethegus. C. Antonius.

 ctati,

ctati, cuius carens postea in symbolum mutui fœderis vocarint. Nec segnior Catilina erat C. Manlius, qui in oppido Hetruriæ Fesulis exercitum seditiose collegerat. De vtriusque conatibus edoctus Cicero, ad Senatum retulit: à quo decretum factum est: vt, quoniam res ad seditionem spectaret, auctores conquirerentur: & Coss. operam darent, nequid detrimenti Respub. caperet. Quum igitur passim in vrbe præsidia essent collocata, nec quicquam turbarum in ea existeret, male cœpit audire Cicero, vt qui nimium esset timidus. Sed has calumnias mox repressit fama certo allata de copiis in Hetruria conscriptis, quæ in causa fuit, vt Catilina de vi accusaretur. Verum is tanta se fiducia tutatus est: vt non modo verbis se intrepide excusaret Senatui: quasi nihil mali sibi esset conscius, sed vltro etiam se ad custodiam in domo Ciceronis, aut Metelli Prætoris, aut Marcelli subeundam offerret. Qua ratione sperabat, se facilius & auersurum suspiciones de se conceptas: & facturum maiorem occasionem sociis acquirendi maius robur ad rem gerendam necessarium. Abnuentibus autem cæteris, aliquandiu in Marcelli domo custoditus est, inde dimissus, quũ nihil eorum quæ animo conceperat, procederet (siquidem Cos. Antonius collega Ciceronis metu perculsus quiescebat) & in Lentulo autem & Cethego parum esset industriæ, socios suos ad se clam accersiuit in domum M. Leccæ, & seuera oratione, qua etiam illorũ timiditatem reprehendit, & pollicitationes renouauit amplissimas, & quid fieri vellet, indicauit. Duo tunc reperti sunt, qui se die sequenti summo mane in domum

C. Manlius.

M. Lecca.

domum Ciceronis ingressuros, eumque è medio sublaturos pollicerentur, Lentulus & Cethegus. Retecto autem hoc proposito per quandam meretriculam: cui quidam coniurationis conscius cuncta patefecerat, non solum non sunt intromissi in ædes: sed pulsando impetuosius, confirmarunt suspiciones in animis clarissimorum hominum, quos Cicero illo ipso tempore, vt testes eorum, quæ futura erant, adhibuit. Quumque non amplius obscurum esset, quid Catilina moliretur: damnatus à Senatu, & vrbe excedere iussus fuit, Ex L. Sempronia. Etsi autem primum simulauit se abiturum Massiliam, tamen sine mora Fesulas ad copias Manlianas profectus: assumpto nomine & habitu Consulis, aperte hostis factus est. Cic. in Catilin. Orat. 1. & 2.

Obtigerat tunc Ciceroni prouincia Macedonia: quam Antonio collegæ concessit: vt eum sibi hoc modo magis deuinctum redderet: ipse Galliam Cisalpinam sortitus, non quidem in eam exiuit, sed quum eius præsentiam vrbis negocio requirerent, Romæ mansit, misso in Galliam Metello, vt istam prouinciam contra Catilinam tueretur. Porro quum Catilina ex vrbe erupisset: sceleris sui socios in ea reliquit, cum alios complures, tum etiam Lentulum & Cethegum. Magna tunc erat Ciceronis vigilantia, quare & præsidia prudenter disponebat: & dies noctesque in hoc erat intentus: vt si quæ in vrbe reliqua essent coniurationis semina, ea deprehenderet. Concluserant iam Cethegus & Lentulus, vrbem certa nocte multis in locis inflãmare, & incendio periclitatam opprimere, interfectis cunctis, quos norant Catilianariæ conspi-

rationi aduersari, eumque ad vsum magnam vim picis, sulphuris, stupæ, & sicarum domi congesserãt. Legatos quoq; Gallicos, quibus tunc in vrbe erat negociũ, de tumultu in Gallia excitando, & iuuando Catilina allocuti fuerant. Sed quum non esset in fatis, vt vrbs tunc periret: funestum hoc consilium mirabiliter patefactum est, & apud legatos Allobrogum, qui vixdum iter ingressi intercepti atque excussi sunt, repertæ litteræ manu Lentuli ad Catilinam scriptæ.

Comprehensus igitur Lentulus, & in Senatum introductus quum euidentissime à Cicerone de insidiis conuictus, & Prætoriam dignitatem deponere coactus esset, vna cum octo aliis, è quorum numero & Cethegus fuit, in carcerem est coniectus. Habita tunc fuit à Cicerone ad populum oratio Catilinaria tertia. Capto Lentulo Cicero rursus vrbem firmauit præsidiis, quod multi haud obscure professi fuerant, se, si scirent capitali supplicio Lentulum cum sociis captiuis punitum iri, per vim erepturos eos esse carceri, vnde nouus tumultus erat metuendus: quem tamen repressit tempestiue adhibitum præsidium.

D. Iunius Syllanus. C. Cæsar Prætor.

Postea quum in Senatu deliberaretur de modo pœnæ, quæ captiuis esset imponenda, discrepantes fuerũt sententiæ. nam alii cũ Syllano, qui Cos. erat designatus, sed nondũ renunciatus, censebant eos morte multandos, alij, quorum princeps erat C. Cæsar, auctores erant, vt exuti omnibus bonis per municipia custodirentur; & ea quidem lege atque

omi-

omine, ne quis potestatem haberet deinceps vlla tempore de venia eis danda referendi, & si quis aufugisset, vrbs ea, è qua esset elapsus, inter hostes haberetur. Vicit tandem Cato, qui pene inter vltimos rogatus sententiam, tanta vi animi atque ingenij inuectus est in coniurationem, & ardore oris orationem omnium lenitatem suadentium de societate consilij suspectam fecit; sic impendentia ex ruinis incendijsq; vrbis & commutatione status publici pericula exposuit: ita consiliis virtutem amplificauit; vt vniuersus Senatus in eius sententiam transiret; animaduertendumque capitaliter in eos, quos prædiximus, censeret: maiorque pars ordinis eius Catonem domum prosequeretur.

M. Cato.

Præualente igitur hac sententia, M. Cicero, auctore Senatu, nouem illos coniuratos in carcere necari iussit, ac postea in publicum prodiens, clara voce proclamauit, Eos vixisse. Etsi autem multorum animos hæc quamuis iusta seueritas offendit: tamen omnibus bonis ita grata fuit: vt quod in simili negocio nunquã fuerat factum, supplicationem publicam propterea decernerent, & Catone auspice, Ciceronem nominarent

Extant apud Sallustium in bello Catilin. orationes contrariæ C. Cæsaris & M. Catonis.

Vell. Paterculus de M. Catone scribens: Ille Senatus dies, quo hæc acta sunt, virtutem M. Catonis iam ante conspicuam atque prænitẽtem altissime illuminauit. Hic genitus proauo M. Catone principe illo familiæ Porciæ, homo virtuti simillimus, & per omnia ingenio Diis, quàm hominibus, propior, qui nunquam recte fecit, vt facere videretur, sed quia aliter facere non poterat cui id solũ visum est rationẽ habere ꝙ haberet iustitiã: ab humanis vitiis immunis semper fortunã in sua potestate habuit

Dion. lib. 37. Saluft in bello Catilin. Supplicium de coniuratis sumptum, Supplicatio publica decreta.

Cicero Pater Patriæ salutatus.

rent Patrem Patriæ: quod præconium anteà nemini attribuerant. Sed vt sunt animi vulgi quouis Euripo mutabiliores: ita & hæc gloria non fuit diuturna. Facile enim & Cæsaris insinuationibus, & crebris ac superbis Ciceronis ostentationibus effectum est. vt qui antea Ciceronis studiosi fuerant, eum paulo post odio prosequerentur acerrimo: idque in tantum creuit, vt quum postremo sui magistratus die recensere instituisset omnia q̃ in consulatu suo gesserat, silentium ei à plebe indiceretur. Cuius rei auctores præcipui fuere Metellus Nepos & Bestia Tribuni plebis: qui non plus ipsi permiserunt, quam vt abdicaturus se magistratu de more iuramentum recitaret. Cui tamen iuramẽto Cicero particulam addidit: qua professus est, vrbem à se fuisse conseruatam: vnde maiora odia contra se excitauit. Catilina vero initio statim eius anni, quo Iunius Syllanus & L. Licinius Consulatum inierant, occubuit. Persistente enim Roma Cicerone C. Antonius collega contra eum missus cum Metello, coniunxit copias, & Fesulas obsidione cinctit. Expectarat hactenus Lentuli aduentum Catilina: sed eo sublato, quum nec progredi cum suo exercitu posset, & obsidione vrgeretur, pugnam initurus, ad Antonij aciem sese conuertit. Erant distincta castra Metelli & Antonij. Antonium vero quanquam maioribus copiis instructum ideo petiit, quod eum dedita opera cessurum sperabat: vt qui ante fuisset coniurationis socius. Suspicatus ergo Antonius, quid ageret Catilina, à quo iam animo erat alieno, & tamen veritus, ne, si strenue ei resisteret, peteretur conuitiis, & retegerentur ea, quæ

De quo vide Epist. Cic. 2. lib. 5 Fam.

Catilinæ mors.

ea quæ antea cum coniuratis habuerat communia; morbum simulauit, & M. Petreio Pugnam commisit. Is manum cum hoste conferens, eum acerrimo prælio vicit, in quo & ipse Catilina quem spiritum supplicio debuerat supplicio reddidit. Ac tanto ardore dimicatum est à coniuratis, vt nemo ex illis loco cesserit: sed omnes vitam maluerint, quam stationem deserere. Sic igitur absente adhuc Pompeio funestum illud Catilinariæ seditionis incendium tandem restinctum est: & effectum opera Ciceronis; ne intra muros Romanos ciuilem sanguinem coniuratorum ferrum, quem sitierat hauriret.

EXILIVM M. TVLLII CICEronis.

INter reliqua ornamenta, quæ in M. Tull. Cicerone eximia fuerũt, præcipuam quidem laudẽ meretur eloquentia ipsius, & studium erga patriam. Ac quanta fuerit in Cicerone vis eloquentiæ, etsi nemo melius intelligat, quam qui ad eius imitationem proxime accedit, tamen etiam à minus exercitatis haud obscure animaduerti potest vt omnes tam indoctos, quã doctos fateri necesse sit humanam eloquentiã in nemine vnquam maiorem fuisse. Amor vero erga Rempub. quantus in hoc viro exstiterit, partim monumenta ipsius, partim res gestæ abunde testantur. Sed harum pulcerrimarum dotium decus non parum deformarant ipsius ambitio, φιλαυτία, & nimia dicacitas. Sicut enim natura fuit gloriæ cupidißimus: ac semper

per etiam præstantißimo cuique se præferre studuit: ita sibi ipse, præsertim recordatione repressæ Catilinariæ coniurationis, adeo placuit: vt nihil fere scripserit aut dixerit publice vel priuatim, cui non præconia suarum laudum immodice ac intempestiue admisceret. In dicendo autem fretus sua eloquẽtia sæpe, quasi in possessionem suam venisset, nimia libertate vsus est: & laudi sibi duxit, si acerbe homines etiã potentiores interdũ perstringere & exagitare posset. Hæc vitia vt regulariter inuisa sunt; ita abalienarunt ab ipso cũ alios plurimos, etiam præ cæteris C. Iulium Cæsarem, virum in Repub. principem: qui & potentia valebat plurimum, & ægerrime ferebat, Ciceronem sæpe refricare memoriam Lentuli & Cethegi: quorum vitam ipse redimere studuerat: prætcrea in oratione quadam, quam pro collega Antonio habuerat; acerbe admodum eum Cicero perstrinxerat. Erat autem Cæsar ingenio tecto: ac in dißimulandis iniuriis & quærenda vlciscendi occasione insignis artifex: Non enim patiebatur se ira perturbari: sed quantumuis offensus, non tamen præcipitabat vindictam: verum occasionem dispiciebat, donec amoto omni metu non opinantes opprimeret: idque eo faciebat studiosius, vt à reprehension bus & inuidia plebis esset tutior, quam etiam ob causam plerumque occulte, & per alios, à quibus sibi quispiam minime caueret, vindictam moliebatur.

C. Cæsar.

Quare licet erga Ciceronem simultates aleret, tamen neque verbo, neque gestu vllam præ se ferebat alienæ voluntatis significationem, sed clam erat in-

tentus

tentiis, quo pacto posset Ciceronem inuadere. Itaque quod aperte non audebat, agebat per alium, & per P. Clodium struebat Ciceroni insidias.

Erat is Clodius Tribunus plebis; homo nouitatis studiosissimus; qui vt ad Tribunitiam dignitatem posset euehi, abiurata nobilitate sua familiæ ad plebem desciuerat: & ideo Cæsari studebat: quia olim cum sua coniuge in adulterio deprehensus ab eo non accusabatur. Ac vt plus acquireret fauoris, omnis generis beneficiis Senatum & plebem sibi deuinctam reddidit: sine quibus præsidiis videbat Ciceronem eloquentia præstantem non facile posse opprimi. P.Clodius

Quum igitur satis iam videretur sibi instructus: & Coss. sibi haberet fauentes: quorum alteri Macedoniam alteri Syriam prouinciam impetrauerat, Ciceronem adortus est, lege eo anno, quo Consulatum gesserunt A Gabinius & L.Piso proposita; quæ ad pœnam deposcebat eos, qui cõtra omne ius ciues à populo nondũ damnatos occidissent, ac præcipue huc spectabat, vt Cicero ob coniuratos in carcere enecatos, exilio plecteretur, tanquã dux in Senatu illius cõsilij. Cicero re cognita multũ quidẽ fiduciæ habuit in Põpeio: de quo multis modis bene meritus erat; Cæsarem quoque, de quo nihil mali suspicabatur, supplex sibi vt opem ferret, obtestatus est: Sed iam Pompeius de Cæsaris conatu edoctus collusit cum Cæsare, à quo nolebat, cũ propter fœdus, q; inter ipsos & Craßũ percussum fuerat, tũ ꝓpter affinitatẽ (nam filiam Cæsaris habebat in matrimonio) dissentire, Ciceroni tamẽ fucũ fecit beneuolentiæ, dissuadens nimiũ, ne Cæsarem L. Piso A. Gabinius.

Herodotus, Potentium hominũ fœdera nunquam manēt firma, nisi firmissimis vinculis constricta ideo Cæsar elocauerat filiam suã Pompeio. Plautus; Linguis dicta dulcia datis corde amara factis;verba vestra sunt mellita,sed corda sunt felle tincta & amaro aceto.

qui profectionem in Galliam adornabat, Legatus comitaretur. Cæsar simulans se Ciceroni consultum cupere, suaserat vt se subduceret, & quo posset honestius discedere, munus illud verbis ei obtulerat: quod tamen reipsa ei factis dolis & facetis fabricis iterum surripuit: Omnia fiebant ex composito: vt Pompeius, cui plurimum tribuebat, Ciceroni diuersum suaderet: & instigaret eum contra Clodium vt ipse quoque Clodius non nihil de conatibus suis remitteret, & quasi cum Cicerone in gratiam redire cuperet; ac proinde lenius inciperet agere. His præstigiis dementatus Cicero & nihil minus cogitans, quam Pompei erga se studium fucatum; cum Cæsare proficisci recusauit: falso etiam sibi persuasit, se Coss. habiturum æquos, propterea quod Gabinius totus à Pompeio hactenus pependerat: Piso autem affinitate ipsi iunctus esset. Quumq; etiam equestrẽ ordinem haberet sibi παραςάτην: qui iam in Capitolium pro Cicerone apud populum intercessurus conuenerat; non dubitauit se fore superiorem. Sed turpiter eum concepta spes fefellit. Nam à Coss. desertus: & aduersariæ partis, quæ, ne intercessio vlla fieret, prohibebat, impetu superatus, damnatus quoq; sententia Cæsaris, qui iã iter ingressurus erat cum exercitu, & causam offensionis, ex recusatione oblati muneris se accepisse simulabat: desertus denique à Pompeio ipso, qui, vt abesset; data opera in agrum Albanum fuerat egressus: furori Tribunitio cedere coactus est: Et si autem multi mutatione vestis testati sunt, se affici Ciceronis periculo & ad hoc paratos esse, vt ipsi, si armis cum aduersario disce-

disceptare vellet, operam suam nouarent, tamen quũ longe maxima pars plebis, Clodij artibus, à Cicerone esset abalienata: nec arma cõtra Tribunum sine multa prouisione ciuilis sanguinis sumi possent, Cicero solum vertens in voluntarium exilium abiit: anno nimirum quinto, postquam vrbem à Catilinario tumultu liberauerat. Vix abierat Cicero è medio: & lex à Clodio proposita ipsi diserte exilium denunciabat: ac proinde mox facultates eius publicatæ, ædes eius tanquam hostis solo æquatæ, & earum area templo Libertatis consecrata est. Quum in Siciliã se contulisset quod multum spei in Siculis, quorum olim patronus fuerat, haberet, dictũ secutum est, quo Sicilia excedere & vltra CCCCLXIIX. mille passus (hoc est vltra CLX. milliaria Germanica) ab vrbe Roma abesse iubebatur, & proposito capitis periculo cauebatur, ne intra eos fines aut ipse venerit, aut quisquam aduentantem susciperet. Sic igitur Sicilia quoque pulsus, in Græciam profectus est, vbi tametsi illustris fuit Græcarum vrbium erga ipsum hospitalitas: tamen animo semper fuit abiectißimo, ita vt sæpe muliebriter calamitatem suã defleret: donec tandem mense exilij decimo sexto, studio cum Milonis Tribuni pl. tum etiam Pompeij, qui iam à Clodio, cui antea gratificatus fuerat, plane erat ob petulantiam abalienatus, omnium ordinum consensu honorifice reuocatus est, frustra repugnante Clodio: qui hac de caussa, manu gladiatorum coacta, multis ex plebe occisis, multis etiam sauciatis, conatus est legem de restitutione Ciceronis impedire, & reditum eius intercludere.

Cicero exulans

Apud Dionem extat admodum insignis oratio, qua Philiscus, Philosophus Atticus Ciceronem in exilio consulatus est.

Cicero ab exilio reuocatus.

Reuersus itaque est Cicero factaque sibi à Coss. potestate, Senatui in curia, populoque in concione gratias egit, cum Pompeio non solum in gratiam rediit, sed etiam, vt rei frumentariæ præficeretur, effecit, Crasso autem & Cæsari, quamuis hi magnam erga eum beneuolentiam præ se ferrent, minus tamen fidem habuit, facultates, quæ direptæ fuerant, aream quoque ædium, & pecuniæ tantum, quãtum ad earum instaurationem requirebatur, à Senatu accepit. Clodius aliquoties postea Ciceroni & multis aliis honestis viris partim vim, partim insidias parauit: sed caruit successibus, ac tandem anno quinto post Ciceronis reditum à Milone interfectus est.

BELLVM GALLICVM DVce C. Iulio Cæsare.

C. Iulius Cæsar belli Gallici à se gesti historiam ipse complexus est in libris, quos Commentarios inscripsit de Bello Gallico, ex quo rectissime eius historia peti poterit: cuius Epitome deinde ab Eutropio, ex Suetonij Tranquilli monumentis, quæ desiderantur, confecta est, res à Cæsare in Gallia gestas succincta breuitate exponens, quæ & ipsa lectione cumprimis digna est, nec minus iucunda. Satis itaque nobis fuerit, breues summas singulorum liberorum indicare. Singulis autem libris singulorum annorum acta absoluuntur.

Primus describit bellum Helueticum & Germanicum, primo anno Præturæ à Cæsare gestum. Secundus com-

commemorat res gestas anni secundi, Coss. P. Cornelio Lentulo & Q. Metello Nepote, quando prælio vicit Belgas & Neruios expugnauit ac deleuit Aduaticos & in deditionem accepit Armonicas ciuitates, aliosque populos multos trans Rhenum habitãtes. Tertius persequitur annum tertium, Coss. Cn. Lentulo Marcellino, & Martio Philippo, quando per Sergium Galbam oppugnauit Sedunos, Veragros, & Antuates, per Q. Titurium Sabinum, Vnellos per P. Crassum, Aquitanos: ac ipse cum Bruto Venetos bello petiit.

Quartus habet anni quarti gesta, Coss. C. Pompeio & M. Licinio Crasso, quo bellum cum Germanis gessit & structo ponte per Rhenum in Germaniam traiecit, tandem in Angliam quoque nauigauit.

Quintus continet anni quinti descriptionem, Coss. Domitio Ænobarbo, & A. Glaucia Pulcro, in quo sunt motus Treuirensis: profectio Cæsaris in Britanniam; pugna ibidem gesta: prælium item cum Neruiis, & interitus Dumnorigis ac inducio mari Treuiri.

Sextus res gestas anni sexti cõplectitur, Coss. Domitio Caluino, & M. Valerio Messala, nempe ipsius Cæsaris bellum in Neruiis, Senonibus, Carnutibus & Menapiis, Labieni item prælium cum Treuiris: Cæsaris præterea in Germaniam profectionem, & elegantem Gallorum ac Germanorum cum eorundem moribus & bestiis descriptionem.

Septimus annum Præturæ septimum absoluit, Cos. Cn. Põpeio solo, in quo extat narratio de Carnutensiũ & Vercingetorigis defectione, de Velaunoduni, Genabi, Nouioduni, Auarici & Alexiæ expugnatione,

 de ob-

de obsidione & infelici Cæsaris pugna ad Gergobiam: de Heduorum perfidia: de felici pugna Labieni contra Parisios, de totius fere Galliæ defectione: de victoria Cæsaris contra Vercingetorigem in prælio captum. Septem his libris accessit Octauus & Nonus ab A. Hircio post Cæsaris mortē cōscriptus, flagitante Balbo: quorū ille duos annos posteriores Præturæ Gallicæ cōtinet: nimirum res gestas Cæsaris contra Bituriges, Carnutes, Bellouacos, Dumnacum, & Vxellodunenses: hic vero præparatoria ad bellum ciuile cōplectitur, quod anno Præturæ decimo cœptum ab ipso Cæsare tribus peculiaribus libris copiose descriptum est, cuius summa nunc breuiter nobis exponenda restat.

BELLVM CIVILE DVCIBUS Cn. Pompeio & C. Iul. Cæsare gestum.

EXtant vbique in historiis illustria exempla, quæ docent, quam vera sit illa Iocastæ ad filium Eteoclem oratio apud Euripidem in Phœnissis.

Τὶ τῆς κακίστης δαιμόνων ἐφίεσαι
Φιλοτιμίας παῖ, μὴ σύγ' ἄδικος ἡ θεὸς,
Πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας
Εἰσῆλθε, κἀξῆλθεν ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων.

Sed præ cæteris insigne exemplum historia Pompeij & Cæsaris suppeditat. Neque enim vlla alia causa at-

ſa accendit bellum illud ciuile, quod inter ſe geſſerunt, & quod non tantum plurima incommoda, ac mutationem maximam Reipub. Romanæ attulit, ſed etiam vtrique fuit exitio: quam mera ambitio, ſtudens alteri priorem locum præripere. Ac profecto dolendum eſt in animis tantorum virorum, qui non tam potentia, quam conſilio, virtute & admirando ſucceſſu omnibus antecelluerunt, inſediſſe peſtem illam: quæ quo potentiores homines corripit, eo maiores turbas excitat. Prædicat Pompeium Paterculus in narratione belli Syllani his verbis: Fuit (inquit) Pompeius ſtirpis Senatoriæ: forma excellens, non ea qua flos commendatur ætatis: ſed ex dignitate conſtantiaque in illam conueniens amplitudinem, fortunamque eius ad vltimum vitæ comitata eſt diem innocentia eximius: ſanctitate præcipuus, eloquētia medius: potentiæ, quæ honoris cauſa ad eum deferretur, non vt ab eo raperetur, cupidiſsimus: dux bello peritiſsimus ciuis in toga (niſi vbi vereretur, ne quem haberet parem) modeſtiſsimus, amicitiarum tenax, in offenſis exorabilis: in reconcilianda gratia fideliſsimus: in accipienda ſatisfactione faciliимus: potentia ſua nunquam aut raro ad impotentiam vſus, &c. Omitto alia eius ampliſsima elogia, quæ apud Ciceronem, Plinium, & alios leguntur. Hic tamen tantus vir adeo fuit cupidus praeeminentiæ: vt ſemper in ore habuerit verſum Homericum αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων: *& vt Paterculus addit, ciuitate libera dominaque gentium quum omnes haberet pares indignatus tamen ſit quenquam æqualem dignitate conſpicere. Nihilo*

Pompeius

nihil adhuc memorabile gestum est. Tales igitur diu concordes Roma habere non potuit, præsertim quum vterq; potētia & viribus, & auctoritate facile in Repub. princeps esset. Pepigerant quidē inter se fœdus eo tempore, quo Cæsar subacta vsq; ad Oceanum Hispania, Romam reuersus ad consulatū, quē etiam adeptus est: aspirabat: q quidē sibi adiunxerant Crassum, quod is propter amplissimas diuitias plurimū poterat. Verū vt solent potentes fœdera non tam ex beneuolentia, quam ex spe priuatorū commodorum metiri, ita in ista quoq; confœderatione nihil fuit ὑγιὲς, aut integrum. Cæsar enim norat, se citra auxilium Pompei & Crassi, vt qui plurimum valebant potentia nihil eorum, quæ animo conceperat, posse impetrare. Fœdus Cæsaris, Pompei & Crassi.

Habebat quidem alterutrum ex illis sibi deuinctū, sed alterum tamen, si esset aduersarius, omnem fructū talis amicitiæ posse intercipere animaduertebat; ac proinde ambos demerendos sibi statuebat. Pompeium vt cū Cæsare cōspiraret, mouebat: q iam cernebat deferbuisse quodammodo suā gloriā, & propterea suam potentiam atq; auctoritatē quā & integrā, & auctā cupiebat paulatim imminui suspicabatur, simul etiā ne penitus opprimeretur à Cæsare, si eum quē videbat indies crescere, haberet aduersantem, metuebat, & vicissim hoc adiutore se pristinū decus cōseruare posse sperabat. Crassus opibus magis, quam virtute suspi-

Lucanus:
Nulla fides regni sociis: omnisque potestas
Impatiens consortis erit. Idem.
Nec quenquam perferre potest, Cæsarue priorem
Pompeiusue parem.

ciendus, quum & Pompeium admiraretur, & sentiret Cæsarem pleno gradu ad sublimia contendere: hanc sibi confœderationem magno vsui fore confidebat. Itaque aliquandiu quidem inter se coniunxerunt operas: & quum nemo facile illis repugnare auderet, obtinuerunt: fere quicquid ipsis fuit integrum. Ac ne singula hic commemoremus: Pompeij & Crassi studio effectum est, vt Cæsari Gallia decerneretur, in quam Imperator exiret. Nec alia de causa Pompeius in hoc toto negotio, & in decernenda prouincia, & in prorogando imperio plurimum laborauit: quam quod cupiebat Cæsarem procul ab vrbe abesse: quo remoto, nihil dubitabat se omnia, quæ appeteret, facilius obtenturum. Cæsar in Galliam abiturus quo tutior esset; & minus sibi à Pompeio metuere cogeretur, filiam suam Iuliam ipsi elocauit: quæ tamen paulo ante patris reditum. partus doloribus extincta est. Postea in Gallia per integrum decennium commoratus res ibi gessit præclarißimas: & totam Galliam, quæ hactenus admodum infesta Romano regno fuerat, ac regiones quasdam vicinas in Rom. potestatem redegit. Pompeius interim Romæ rebus suis studens, & quum iam Crassus à Parthis etiā interfectus esset, solus eminens ac III. Cos. factus; Cæsari permisit: vt licet absens esset tamen contra legem ab ipso Pompeio renouatam, qua absentium rationem haberi prohibebatur, consulatum peteret. Hoc autem ideo fecit, ne si Cæsar plane neglectus videretur Consularem dignitatem vi raperet: & militum ac plebis studio premeret alios Cæsar hoc non ignorans, eo magis Consulatum appetebat:

bat: ne si reuersus esset ex Gallia & priuatus viueret, in æmulorum potestatem veniret: quorum conatibus omnis sua auctoritas & potentia posset euerti. Quum igitur, appetente fine sui imperij, intelligeret, Romæ esse de illo ipso priuilegio, quod à Pompeio acceperat, dissensiones maximas: propterea quod alij non nisi præsentem, & omni exutum exercitu, ad petitionem Consulatus admittendum, alij licet absentis rationem habendam esse contenderent, ita se quidem parauit vt, si opus esset, per vim Consularem dignitatem obtinere posset sed instante Senatu, vt ipse dimisso omni exercitu Romam veniret: & inclinantibus in Cæsaris partes multis præstantibus viris, parere se velle promisit: si Pompeius, quem præcipue metuebat, & in Hispania exercitum non tam ad tutandam illam prouinciam, quam ad se opprimendum habere suspicabatur, suas quoque copias dimitteret. Pōpeius quod re ipsa non facturus erat, verbis tamē pollicitus est, si visum esset Senatui, vt ipse exercitum dimitteret, animo æquißimo se illum dimissurum, nec curaturum, quod imperij sibi demandati terminus constitutus nondum adesset: Cæsaris vero imperium iam pridem esset finitum. Se enim nihil sibi à socero Cæsare metuere.

Hoc autem vere ideo agebat, vt maiorem spem de sua modestia Senatui faceret & Cæsarem in maius odium adduceret. Senatus igitur, qua antea sæpißime summam moderationem Pompeij fuerat expertus, & de Cæsare, qui magis populo studebat, nihil huiusmodi audebat sibi promittere, nequaquam consentire

uerent. His à Cæsare benigne responsum est, quod nimirum cuperet ipse præsens cum Pompeio colloqui, & nō solum dimittere se velle exercitū: si ex altera quoq; parte copiæ dimitterentur, sed etiā curare, ne quis vllā ad se aut suis acciperet iniuriā. Iam quidē reconciliationis spes affulserat, sed ea fuit omnino vana: Nam iidē Legati quū in Cæsaris castra denuo mitterentur: Pōpeius, qui antea ab illis magnifica Cæsaris præconia audiuerat, metuens, ne ipse apud populū Cæsare futurus esset longe inferior, si facta pace vterque priuatus viuere cogeretur, non exspectato Legatorum reditu, in Campaniam, vbi facilime bellum administrari posse sperabat, sese contulit, & mandatum proposuit, vt quoniam sibi Senatusconsulto cura patriæ demandata esset, vniuersus Senatus, & omnes magistratus eo se reciperent: Cui mandato addidit, se eum, quicunque in vrbe remaneret, eodem cum hostibus loco habiturum. Itaque non minus tristis, quam repentina desertio vrbis facta est. Egredientem enim Pompeium secuti sunt ambo Coss. & non pauci Equestris ac Senatorij ordinis viri: magna etiam multitudo ciuium, quorum plerique de reditu desperabant. Cicero tamen Romæ substitit, nec prius ad Pompeium se recepit: quam quum iam Cæsar vrbe occupata in Hispaniam abiisset Cæsar audito Pompeij consilio, suam sententiam de obsidenda vrbe mutauit, & in id saltem incumbendum sibi censuit, vt Pompeium posset primo quoque tempore comprehendere, eiusque propositum vel vi, vel æquitate intercipere. Ac iam literis per totam Italiam missis, quum

Pompei ex vrbe egressus, cuius causa fuit ζυγομαχία & dissidiū ciuium, magis Cæsari, quam sibi studēcium.

&

& Pompeium ad legitimam causæ disceptationem prouocaret: & alios, vt se domi continerent, nihilque mali sibi metuerent, multis benignis pollicitationibus demulceret: effecit, vt multo maxima pars Italiæ ad ipsum transiret. Quam ob causam Pompeius de Italia desperans: Brundusium se contulerat, vt inde in Græciam & Asiam solueret, quam propter clariss. rerum à se ibi gestarum memoriam, suam fore sperabat. Hispaniam autem prouinciam etsi norat sibi addictam esse, & exercitum in ea habebat: tamen propter vicinam Galliam, quam Cæsar adhuc obtinebat, petere noluit.

Accedebat huc etiam, quod ideo videbatur tutior fore in Græciam traiectio, quam transitus in Hispaniam: quia elapso iam autumnali tempore anni, & hyeme appetente, Cæsar non poterat insequi, præsertim destitutus nauigiis. Brūdusium igitur cum omnibus copiis suis Cæsar petiit, & ibi castra ad vrbem posuit, nihil tam cupiōs, quam in ipsa Italia cū Pompeio manum conserere, & eo in loco bellum conficere. Cōmorabatur adhuc Brundusii Pompeius, accurrente Cæsare: nec confestim fugere poterat, quod naues, quibus Coss. & aliquam partem exercitus imposuērat, ac in Græciam præmiserat, nondum erant reuersæ, tuto etiam ibi recursum nauium exspectabat, quod locus natura erat munitus, quem Cæsar aspiciens, quum facile capi eum posse diffideret, Pompeium denuo ad pacis conditiones, & amicitiam prouocauit. Huic Pompeius nihil aliud respondit, quam se deliberaturum ea de re cum Coss. qui iam abierant. Animaduer-

Inaduertens igitur Cæsar Pompei pertinaciam, omnem impetum ad oppugnandam vrbem adhibuit, quam Pompeius per aliquot dies fortissime defendit: donec nauigia rediissent: Iis autem receptis, noctu soluit: & incolumis cum exercitu, quem secum habebat, in Macedoniam traiecit. Tunc demum Cæsar, qui ob defectum nauium eum persequi non poterat, vrbem Romam adiit: & primum in Senatu, qualis adhuc erat reliquus, deinde coram plebe orationem habuit, cum prolixam, tum etiam humanitatis plenam: qua & metum de se conceptum conabatur eximere, & bonam spem faciendo cunctos ad quietem flectere. Tantum etiam abfuit, vt vlli vel vim adhiberet, vel minas proponeret: vt etiam diris precationibus detestaretur eos, qui hisce ciuium reliquiis bellum facere cuperent. Simul tamen sub hoc prætextu, quod patriæ incolumitatem quæreret, multa agebat, quibus non tam Reipub. quam rebus suis priuatis consulebat, ex ærario quoque publico, frustra interpellante L. Metello Tribuno, omnem pecuniam auferebat. Postea vrbis custodia Lepido commissa, & Italia in Antonij fide deposita, ipse in Hispaniam properauit, vt eam occuparet, quæ & impense fauebat Pompeio, & Galliam quoque vicinam ipsi conciliatura videbatur, & instructa erat Pompeiano exercitu, cui Petreius & Afranius Legati præerant. Eo quum venisset: Pompeianos Legatos tandem ad deditionem coëgit: & Hispanos sibi adiunxit: laudatissimam quoque vrbem, Ionum coloniam, Massiliam, quæ sola ex omnibus Galliæ incolis Cæsaris partes non sequebatur, in ipsa pro-

L. Metellus.
M. Lepidus.
M. Antonius.

Massilia à Cæsare obsessa.

rat. Quũ nauigasset in Epirũ: cepit aliquot eius loci oppida nudata præsidiis, postea accessit ad vrbẽ Dyrrachiũ, quo se Pompeius receperat, deterritus nimirũ infelici omine, q; cũ Cæsare cõcursus acciderat. Ibi frustra tentauit oppugnat onẽ castrorũ Põpeij, in aliquot tamẽ ἀκροβολισμοῖς, q ibi cõmißi sunt Cæsariani superiores fuerũt. Sed quũ in quodã maiore prælio ad DCCCC. amisissent, & frumẽti penuria laborarẽt maior etiã fames metuẽda esset in eo loco q magis Põpeio erat addictus: Põpeius denique partẽ aliquã munitionis Cæsarianæ cõtra se ædificatã noctu cepisset, in Thessaliã Cæsar secessit. Interea Curio Tribunus, qui partes Cæsaris strenue iuuabat, potius tota Sicilia, in Africã traiecerat, vt inde Põpeianos pelleret: sed à Rege Numidiæ Iuba, Hiempsalis filio, q Pompeio erat æquior, oppressus atque interfectus est. Cæsar Thessaliã ingressus quũ ob aduersam fortunã à nemine reciperetur, Gomphos vrbẽ vi expugnatã, ferro & igne deleuit, & rursus aliam vrbem Metropolim, quæ isto facto territa sese vltro dediderat, saluam esse iußit, quibus factis dißimilibus Thessalos sibi adiunxit, & vires reparauit. Pompeius Cæsarem iam debellaturũ esse sibi persuadens: nec tamen hortantibus, vt in Italiam transmitteret, obtemperans ex interuallo temporis insecutus est, ac castris in campo Pharsalico iunctis, item de pace agi cœptum est: sed quia vterque sibi certam victoriam pollicebatur, neuter alteri cedere voluit.

Dyrrachium antea Epidamnus dictũ, aut Dione

Omen sinistrum, põs factus in transitu militum Pompeianorum.

Curio.

Iuba Numidiæ rex.

Thessalia Cæsari dedita.

Pugna itaque cõmissa est circiter mẽsem Septẽbrẽ, in qua nihil tristius fuit quã quod illi quib. patria, leges, forum

Pugna Pharsalica.

tam ingratus erga virum optime de se meritum exstitisset, & regni partẽ ipsi ereptam dedit Deiotarô Gallogræcorum regi, qui in fide erga Pompeium manserat. Est & hoc dementiæ Cæsaris haud postremum indicium: quod quum secretæ literæ in scriniis Pompeij repertæ essent, in quibus multa arcana de toto istius belli negotio, & multorum erga vtrunque ducem affectus cognoscere potuisset, extemplo eas in flãmas coniecit, ne illarum lectione irritatus aliquid acerbius in quenquam statuere cogeretur. Talis quum esset Cæsar erga victos: magna tamẽ multitudo Pompeianorum sua pertinacia tantam misericordiam aspernata est, quibus postea quum certus rumor de Põpeij interitu esset allatus, belli in Africa renouãdi dux fuit Cato, qui Cæsaris dominationem ferre nullo modo poterat. Porro Pompeius profugiens Ægyptum petere proposuit: spe nimirum impetrandi auxilij à rege Ptolomæo, adhuc puero, cuius patrem quondam per Gabinium in regnum restituerat. Sed quis in aduersis beneficiorum seruat memoriam: aut quis vllam calamitosis deberi putat gratiam? aut quando non (vt Poeta illud habet) Cum fortuna statq; caditque fides. Missi igitur sunt à rege, qui tum prope Pelusium bellum contra sororem Cleopatram gerens castra habebat, venientem Pompeium qui iam à Mitylenis Corneliam vxorem & filium sextum receptos in nauem, fugæ comites habere cœperat, vt exciperent: Achillas summus dux regij exercitus, Theodotus præceptor regius & L Septimus, homo Romanus à Gabinio quõdam in aula Ægyptiaca relictus: hi parua naue ad

Pompeii in Ægyptum fuga.

Achillas procurator cædis Pompeii.

O Pom-

Pompeii mors.

Pompeium cõtendentes, ei persuaserunt, vt ex oneraria in nauiculam Ægyptiam, quæ obuiã processerat, transcenderet, quo citius ad Regem, qui eius conspiciẽdi desiderio quã maxime teneretur, peruenire posset. Quib. obtemperans princeps Romani nominis iussu regis Ægyptij, cui persuasum erat, hoc hospite saluo bellũ omne in Ægyptũ attractum iri miserabiliter in ipsa scapha, antequã ad littus appelleret, cõfossus est: illo ipso die (vt Dion scribit) quo quondã de Mithridate & piratis triumphũ duxerat. Hic nimirũ, post tres Cõsulatus, & totidẽ triũphos; domitumq; terrarũ orbem, sũmi ac præstãtissimi viri, in id euecti, super quod ascẽdi non potest (vt paterculus loquitur) duodesexagesimũ annũ agentis, pridie natalem ipsius, vitæ fuit exitus; in tantũ ab illo viro discordante fortuna: vt cui modo ad victoriã terra fuerat, deesset ad sepulturã. Truncũ postea cadaueris à Quæstore quodã Pompeij liberto, per aquas fluctuantẽ ad terrã ductũ conscissis scaphæ tabulis in litore priuatim citra omnẽ pompã cõbustũ fuisse annotat Lucanus lib. 8. & Valer. lib. 1. At narrat Valerius, Lentulũ quendã Romanũ in littore prætervectũ quũ flãmas, omnium eorũ quæ acciderãt ignarus, vidisset edidisse hãc vocẽ fatidicã: Quid si Cn. Pompeius forte hic cremaretur? Caput cum annulo, in quo tria trophæa insculpta fuerãt ad Cæsarẽ missũ est, ad cuius conspectũ illacrymasse dicitur quas tamẽ lacrymas non tam affectu cõmiserationis, quam oculos terendo misere vix vi expressas nonnulli auctores exagitant. Coniux Pompei Cornelia cũ ingenti dolore spectatrix necis mariti, in ea naue, in qua cũ Põpei⁹ secũ vect⁹ fue

rat,

rat, postea mox in Cypru rediit: inde dimisso filio Sex. Pompeio in Africã, quo iã & alter filius patri ἐπώνυμος, q. in Epiro & Italiæ littore loca Cæsariana vexarat, cõfugerat: ꝓposita impunitate Romã se recepit.

BELLVM ALEXANDRINVM.

C*Æsar post pugnam Pharsalicam in Ægyptum profectus hoc consilio, vt Pompeiũ, si forte vires ibi recuperare vellet, reprimeret, quũ venisset Alexãdriam, Pompeio iam sublato primo dissidiũ inter Ptolemæum & Cleopatrã sororem cõposuit: ita vt verbis quidẽ vtriq; regni societatem cõcederet, re ipsa autẽ solam Cleopatram, cuius amori sese dederat, reginam constituere conaretur. Hanc ob causam in magna pericula incidit: quia nõ tantum magnos tumultus excitarunt Alexandrini: qui Cleopatram penitus regno cupiebant exclusam: sed etiam illis vix repressis, Photinus quidam regius Eunuchus, qui & antea de interficiendo Pompeio consilium dederat, Achillam in castris adhuc commorantem clandestinis literis permouit: vt iussus à Cæsare exercitum dimittere, spreto isto imperio, copias, quibus se Cæsarianis parem esse confitebat ad vrbem Alexandriam adduceret, & multis in locis eam oppugnaret.* Ptotomeus. Cleopatra. Photinus. Alexãdria à Cæsare oppugnata, & Ptolomæi Philadelphi Bibliotheca inflammata.

Tandem igitur commissum est graue prælium ad Pharum insulam, vbi interfectores Pompeij omnes sunt interfecti: excepto solo Theodoto: quem post aliquot annos Brutus, quum post interfectum Cæsarem Sardes occupasset, cruci affixit. Posuerat Cæsar

ante illud prælium Ptolomæo custodiam, metuens nimirum, ne Ægyptii eum adepti magis tumultuarentur. Sed prætextu pacis quam fracti calamitatibus expetere se simulabant, à Cæsare eum impetrauit Ægyptij, quo recepto, nulla iam pacis ratione habita, denuo insurrexerunt contra Cæsarem: sed mox acri prælio superati sunt: ex quo fugiens Ptolomæus, in scaua, quæ nimiũ insidentium multitudine fuerat enerata, submersus aquis perijt. Sic igitur Alexandrinos Cæsar ad deditionem compulit, & regnum Ægypti totum Cleopatræ tradidit, cui tamen fratrem iuniorem adiunxit. Multum autem in omnibus istis tumultibus adiutus est Antipatri principis Idumæi fide & consilijs, qui fuit pater Herodis, ac proinde Iudæam ei regendam ac gubernandam dedit. Relicta postea Ægypto, contra Pharnacem, Mithridatis filium, qui inuitatus occasione belli ciuilis, ad recipiendum regnum paternum, animum adiecerat, & multas regiones receperat, profectus est: cui pacem petenti hoc ipsum vitio vertit (vt antea dictum est) quod Pompeium deseruerat: ac commissa pugna victus Pharnaces à quodam suo præfecto est trucidatus. Inde Romam reuersus Cæsar eo anno, qui pugnam Pharsalicam proxime sequebatur, & quo Consulatum gerebant Q. P. Calenus & P. Vatinius, mansit ibi aliquot mensibus. Magni autem adhuc absenti honores post victoriã Pharsalicam in vrbe fuerant decreti, & omnia, quæ vel inuitis ciuibus obtinere posse videbatur, comprobata fuerunt decretis publicis, ne quid contra leges agere videretur. Inter cætera sancitum est, vt Dictator isto

Antipater Rex Idumeæ.

Pharnaces.

anno

anno integro esset, vt sequentibus postea quinque annis continuis consulatum gereret, vt Tribunitiam potestatem per omnem vitã retineret, vt de Pompeianis pro arbitratu statueret: vt belli & pacis dominus esset in omnes homines, etiamsi neque ad Senatum neque ad populum ea de re referret. Cæsar Dictator II, & Cos. ac Trib. perpetuus.

BELLVM AFRICVM.

DVm hæc in Ægypto, Asia, & in vrbe geruntur, ingens multitudo Pompeianorum præter opinionem Cæsaris in Africa, quo Catonem ducem secuta fuerat, bellum instaurauit. Pompeiani in Africa. Deposuerat in Catonis fide Dyrrachium Pompeius, castra mouens in Thessaliam, eo fuso Cn Pompeius Iunior, C. Caßius, & multi alij duces, qui paßim regiones finitimas infestarant, ad Catonem, tanquam ad virum cæteris virtute præstanatiorem, confugerunt, cum his Cato, nondum diuulgato Põpeij interitu, in Peloponnesum, spe regionis illius occupandæ, traiecit: Cato. vbi & Petreius, & Faustus Sylla, Syllæ Dict. Filius Pompeij gener, se ipsi associarunt. Inde Cyrenen delati, quum de Pompeij morte certiores essent redditi, discrepantes habuerunt sententias. Pompeia. Ex his dißipati alij, quo quemque casus ferebat, discesserunt, alij recta ad Cæsarem profecti impunitatem adepti sunt: inter quos etiam fuit C. Cassius interfector postea Cæsaris factus: Multi de venia desperantes, Catonem in Africam secuti sunt, è quorum numero fuerunt P. Cornelius Scipio, Pompeij socer, M. Petreius & L. Afranius, quos Cæsar antea in Cornelia.

Hispania captos dimiserat, M. Varro, L. Cornelius *Faustus Sylla, L. Cæsar agnatus, qui toto bello à Partibus Pompei steterat, & Cn. Pompeius Iunior, quem tamen cum fratre cito in Hispaniam seditionibus agitatam ablegarunt, sperantes ipsum vel solo nomine regionem Pompeij studiosissimam occupaturum. Ac summæ rerũ in Africa præfectus est Scipio, vir amplissimæ dignitatis, cui* Cato *vltro imperij honorem sibi delatũ cessit: ipse vrbis Vticæ, quæ in suspicionẽ, q̃ Cæsaris rebus cuperet, venerat, & omnis vicinæ regionis, marisq; custodiã sibi iniunctam suscepit, ac præsidio muniuit. Cæsar re cognita, fortunã suam sequens, in media hyeme, quũ vixdum Cos. designatus esset, opinione citius in Africã nauigauit: vbi initio varia fortuna rẽ aggressus, ad extremũ circa Thapsum cũ Scipione manũ conserens, victor euasit. In illo prælio, inclinata iã acie, Iuba rex & Petreius, abiecta omni spe impetrandæ veniæ, mutuis sese vulnerib. sustulerunt è medio: ne viui venirẽt in manus Cæsaris. Scipio ex pugna profugus, nauimq; nactus, in Hispaniã ad Pompeium Iuniorẽ cursum instituit, sed tẽpestate reiectus in Mauritaniã; quũ Cæsarianos, ibi metueret, necẽ sibi propria manu cõsciuit. Eodẽ Afranius, Faustus Sylla, & Pompeia, Syllæ coniux, Pompeij filia vna cum liberis, L. Cæsar quoq; & Petreius Iunior perlati, à Cæsarianis cõprehẽsi atq; interfecti sunt. In reliquos victos non minor fuit Cæsaris q̃ in priores clemẽtia. Literas quoq; in scrinio Scipionis repertas non lectas combussit: perinde vt antea Pompeianas flãmis dederat. Sed quum victoris mansuetudo gratiam pollicebatur, eam*

Bellum Africum.

Iuba Petreius.

Scipio Afranius. F. Sylla L. Cæsar.

neq;

neque recipere, neque petere Catoni erat integrum, vtpote q libertatis studiosissimus, & ab omni dominatione Monarchica alienissimus inde vsq à prima ætate fuerat. Quum igitur Vticensib. diffidens, resistere se Cæsari posse desperaret, cõuocatos ad mare ciues suos, & viatico instructos in naues imposuit, ac prosperam nauigationẽ ipsis imprecatus, Vticã reuersus est. Scribit Dion, eũ filio suo auctorẽ fuisse, vt ad Cæsarẽ se cõferret, & interroganti, cur ipse idẽ nõ faceret? respõdisse, se quidem in libertate vitæ & dicẽdi educatũ, nõ posse nunc in senecta eiusmodi seruitutẽ tolerare: filiũ vero q alio tempore & natus esset, & vixisset, amplecti debere fortunã, quæ esset oblata. His peractis quum rationes Vticensib. suæ administrationis reddidisset, mori ante Cæsaris aduentum decreuit. Sed quo minus sibi interdiu manus adhiberet, filius aliique eum obseruantes impedierunt. Quum autem aduesperasset, pugione furtim sub puluinari reposito, Phædonem Platonis poposcit, siue vt hac ratione astantibus suspicionem inferendæ mortis exueret: siue vt libri eius lectione ad mortem fortiter obeundam animum erigeret. Lecto libro, media iam nocte pugionem vtero impressit: ex eoque ictu exanguis factus, animam egisset: nisi ex lecto delapsus, edito strepitu eos, qui ante fores dormiebant, è somno excitasset. Tum intro se conijcientes filius & cæteri, repositis in ventrem intestinis, quæ eruperant, medicinaque adhibita, ianuam quidem clauserunt, vt somnum Cato caperet: neque enim ex hoc vulnere decessurus videbatur: sed ipse admotis vul-

Cato Vticensis.

peri manibus, intestina extracta discerpsit, & sic extinctus est in ea vrbe, à qua cognomentum Vticensis postea accepit. Sub finem autem eius anni Cæsar compositis rebus Africanis cum quatuor triumphis Romam ingressus est, & IIII. Cos. creatus: cum ob rerum gestarum gloriam, tum ob honores sibi decretos, & quod Dictator in annos X. esset designatus, nonnihil efferri cœpit. Dispositus tunc ab eo status est Reipublicæ: & latæ Leges Iuliæ, de iudiciis, de sumtibus, & aliæ: annus quoque Iulianus, qualis hodie obseruatur, ab ipso ordinatus est.

Cæsar IIII. Cos. & Dux P. R. Leges Iuliæ latæ.

BELLVM HISPANIENSE.

POst Africanum bellum confectum, grauius multo Cæsarem inde excepit, nimirum Hispaniense bellum: quod Cn. Pompeius, Magni filius, adolescens impetus ad bella maximi, ingens ac terribile conflauerat: vndique ad eum adhuc paterni nominis magnitudinem sequentium ex toto orbe terrarum auxiliis confluentibus. Erat cum Pompeio etiam frater Sextus, item Labienus, & Actius Varus, duo peritissimi belli duces. Sua autem Cæsarem etiam in Hispaniam comitata Fortuna est: Ac vltimum prælium post varios ac dubios labores commissum est ad Mundam: quo nullum vnquam atrocius aut periculosius à Cæsare fuit initum, adeo vt plus quam dubio Marte inclinata iam fere acie, descenderet de equo, consistensque ante recedentem suorum aciem: increpita prius fortuna, quod se in eum seruasset exitum, denunciaret

ret militibus, vestigio se non recessurum: proinde viderent ipsi, quem & quo loco Imperatorem deserturi forent. Verecundia magis, quam virtute acies restitutæ sunt à duce, quam à milite fortius. Tanta tunc strages edita est, vt Cæsariani confecto prælio inclusuri Pompeianos eos, qui in vrbem Mindam confugerant, ex cadaueribus aggerem comportarint, ne quis ea nocte posset euadere. Labienum & Varum acies abstulit sed Cn. Pompeius grauis vulnere, clade elapsus, quum æger scupham, quam fugibundus conscēderat, reduci ad terram iussisset, inuentus inter solitudines auias interemptus est: Sex. Pompeius cum centum equitibus vix hostium manus effugit: hic postea Iulio interfecto, Augustum & Antonium annos octo variis bellis exercuit, quia occupauit Siciliam, tenuit mare: rediit in Bithyniam: obtinuit Niceam & Nicomediam: sed deceptus tandem à Titio duce Antonij, quum se ei dedidisset, perfidiose interfectus est in Asia. Ad Mindam eo ipso die pugnatum esse annotat Eutropius: quo Pompeius Magnus pater quondam bellum gesturus vrbe excesserat.

Sex. Pompeius.

C. IVLII CÆSARIS CÆdes in curia Romana.

C. Iul. *Cæsar bellis ciuilibus vbique iam confectis, in vrbem triumphans reuersus Imperator Perpetuus salutatus est, non quidem antiqua ista cõsuetudine, sed eo modo, quo hodie: qui summum orbis imperium obtinent, Imperatores Romani nominantur.*

Cæsar Imp Romana. PP. salutatus. Imperium ἀνυπεύθυνον.

nantur. Decretū etiā, vt omnes magistratus in ipsius acta iurarent, & ipse esset Sacrosanctus. Multa etiam alia assentationis plena fuerunt ei decreta. Ac ita summa potestas vniuersæ quidem gubernationis ei attributa est: Sed vt est fortuna hominum vitrea, ita nō vltra quinque menses isti tanto viro principalis (id est Monarchica) quies cōtigit: quippe quum mense Octobri in vrbem fuisset reuersus, Idibus Martiis collecto Senatu in curia Pompeij, à Cassiis & M. Bruto qui præcipui auctores coniurationis contra ipsum extiterant, trucidatus, ac confossus XXIII. vulneribus occubuit. Coniurationis socij fuerunt, cum alij clari nominis viri quam plurimi: quos nimiam oblatorum honorum copiam secutus in Cæsare fastus, item nomen regium, quod Antonius Cæsaris in consulatu collega, ipsi in Lupercalibus dedisse, & insigne regium quod capiti eius imposuisse ex composito videbatur ab ipso alienos reddiderat, sed in primis etiā Dec. Brutus Cos. iam à Cæsare designatus, quē Iunium quoq; & Albinū nominant, & C. Trebonius, ambo amplissimis beneficiis affecti à Cæsare. ἔξαρχος tamen fuit C. Cassius Prætor, cuius odium in Cæsarem ideo grauius exarsit: quod consulatum, quē petebat, non obtinuerat. Brutū autem in societatē cædis inuitarunt res gestæ L. Iunij Bruti, cuius ductu Reges eiecti quondā fuerant, & nomē cū isto cōmune, & verba tribunali Prætoris inscripta: Dormis Brute, & nō es Brutus: Bruti quoq; antiqui illius statuæ subscripta verba Vtinā Brute viueres. His & similib. accensus Brutus, non tantū sociū se cōiurationis, sed etiam αὐτόχειρα Cæsaris præbuit. Præcesse-

Cæsar Semideus nuncupatus. Statua Cæsaris inter reges collocata.

Cæsaris mors.

Brutus αὐτόχειρ Cæsaris æmulus Bruti antiqui.

cesserunt cædẽ plurima portenta: quæ Cæsari haud obscure interitũ minitabantur. Ac vt alia nunc omittã, ea nocti q̃ cædẽ proxime præcessit, vxor eius Calphurnia *domũ suã corruere, ac maritum sauciũ & cruore persusum, in sinũ suum confugere per quietẽ vidit: & hoc somnio perterrita, maritũ etiã atq; etiã obtestata est, ne ista die domo egrederetur. Aruspex quoq; diserte ipsum præmonuerat: vt diligẽtissime Iduũ Martiarũ diẽ caueret: huic quũ Cæsar, postquã dies illuxerat, per iocum dixisset; vbi nunc sunt tuæ prædictiones? an non hoc ipso die, quẽ tu metuebas, superstitẽ me esse cernis? vates nihil aliud respondisse fertur, quam illud; Adesse quidem diem, sed nondum præteriisse. Sed hæc & multa alia, maxima animi fiducia extreme contempsit, libellum quoque sibi oblatum, in quo omnia, quæ in ipsius perniciem comparata erant, nunciabantur, non legit: sed veluti de re non magnopere necessaria aliquid moniturum aspernatus est. Contemsit etiam* Hircij & Pansæ *monita: qui semper prædixerant, vt principatum armis quæsitum armis teneret: his ille dictitans,* Mori se, malle quam timeri; *Dum ergo clementiam, quam præstiterat exspectat, incautus ab ingratis oppressus est. Atque hunc & vitæ, & fortunæ finem habuit* C. *Iulius Cæsar, vir quo nullus vnquam fuit bellica virtute superior: eius siquidem ductu vndecies centum nonaginta duo millia hostium cæsa sunt: exceptis illis, qui in bello ciuili ceciderunt, quorũ numerũ ipse annotare noluit. Signis collatis quinquagies dimicauit:* M. *Marcellũ solus supergressus, q. trigesies nouies cũ hostib. fuerat præliatus.*

Calphurnia.

Portenta mortis Cæsaris.

Paterculus mentionẽ faciens huius securitatis: sed profecto (inquit) est ineluctabilis fatorum vis, cuius quã fortunam mutari cõstituit, cõsilia corrupit.

Nul-

Nullum etiam hoc viro scelerius literas pinxit, aut legit: quaternas sæpe epistolas simul dictare solitus fuisse traditur. Illius interitu insigne exemplum non solum instabilitatis fortunæ sed etiam humanæ ingratitudinis ac perfidiæ continet.

STATVS ROMANI IMPErii post interfectum C. Iulium Cæsarem vsque ad Monarchiam Augusti: ex Velleio Paterculo.

QVo anno id patratum est facinus, Brutus & Caßius Prætores erant: D. Brutus Cos. designatus. Hi vna cum coniurationis globo stipati gladiatorum D. Bruti manu Capitolium occupauere, quum Cos. Antonius, quem quum simul interimendum censuisset Caßius, testamentumque Cæsaris abolendum, Brutus repugnauerat, dictitans: nihil amplius ciuibus, præter Tyrranni. (Ita enim appellari Cæsarem facto eius expediebat) petendum esse sanguinem conuocato Senatu quum iam Dolobella, quem substituturus, sibi designauerat Cæsar Consulē, fasces atque insignia corripuisset: velut pacis auctor liberos suos obsides in Capitolium misit: fidemque descendendi tuto interfectoribus Cæsaris dedit, & illud decreti Atheniensium celeberrimi exemplum, relatum à Cicerone, obliuionis præteritarum rerum, decreto patrum comprobatum est. Cæsaris deinde testamentum apertum

τυραννοκτόνοι.

ἀμνηστία Xenophi. 2. ἑλλ. Dion. lib. 44.

tum est, quo C. Octauium, nepotem sororis suæ Iuliæ adoptabat. Fuit C. Octauius, vt non patritia, ita admodum speciosa equestri genitus familia; grauis, sanctus, innocens, diues. Hic Prætor inter nobilissimos viros creatus, primo loco, quum ei dignatio Iulia genitam Actiam conciliasset vxorem; ex eo honore sortitus Macedoniam: appellatusque in ea Imperator, decedens ad petitionem consulatus obiit: prætextato relicto filio, quem C. Cæsar maior eius auunculus, educatum, apud Philippum vitricum, dilexit vt suum, natumque anno XVIII. Hispaniensis militiæ adsecutum se postea comitem habuit, nunquam aut alio vsum hospitio, quam suo; aut alio vectum vehiculo: Pontificatusque sacerdotio puerum honorauit. Et peractis bellis ciuilibus, ad erudiendum liberalibus disciplinis, singularis indolem iuuenis, Appoloniam eum in studia miserat: ex belli Cretici, ac deinde Parthici habiturus commilitonem. Cui vt est nunciatum de cæde Auunculi, quum protinus ex vicinis legionibus centuriones suam suorumq́ militum operam ei pollicerentur, neque eam spernendam Saluidienus & Agrippa dicerent, ille festinans peruenire in vrbem: omnem ordinem & necis, & testamenti, Brundusii comperit. Cui aduentanti Romam immanis amicorum occurrit frequentia: & quum intraret vrbem, Solis orbis super caput eius curuatus æqualiter, rotūdatusq́ in colorem arcus, velut coronam tanti mox viri capiti imponens, conspectus est. Non placebat Actiæ matri, Philippoque vitrico adiri nomen inuidiosæ fortunæ Cæsaris, sed asserebant salutaria Reipub. terrarum- C. Cæsar.

rarum-

rerumq; orbis fata, conditorem conseruatoremq; Romani nominis. Spreuit itaq; cœlestis animus humana consilia: & cum periculo potius summa, quam tuta humilia proposuit sequi, maluitque auunculo & Cæsari de se, quam vitrico credere: dictitans, nefas esse, quo nomine Cæsari dignus esset visus, semetipsum videri indignum. Hunc protinus Cos. Antonius superbe excipit (neque is erat contemptus, sed metus) vixque admisso in Pompeianos hortos loquendi secum tempus dedit: mox etiam, velum insidiis eius petitus, scelesto insimulare cœpit, in quo turpiter deprehensa eius vanitas est. Aperte deinde Antonij & Dolobellæ Consulum ad nefandam dominationem erupit furor: HS. septies millies depositum à C. Cæsare ad ædem Opis occupatum ab Antonio: actorum eiusdem insertis falsis indubitateq; corruptis commentariis: atque omnia precio temperata, vendente Remp. Cos. Idem Antonius prouinciam D. Bruto designato Cos. decretam Galliam Cisalpinam occupare statuit: Dolabella sibi Transmarinas decreuit: Interque naturaliter dissimilimos ac diuersa volentes crescebat odium, eoque Octauius iuuenis quotidianis Antonij insidiis petebatur. Torpebat oppressa dominatione Antonij, ciuitas: indignatio & dolor omnibus, vis ad resistendum nulli aderat: quum C. Cæsar Octauius XIX. annum ingressus, mira ausus, ac summa consecutus, priuato consilio, maiorem Senatu pro Repub. animum habuit primumque à Gallatia, mox à Casilino veteranos exciuit paternos, quorum exemplum secuti alij, breui in formam iusti coiere exercitus.

Mox

Mox quum Antonius occurrisset exercitui: quem ex transmarinis prouinciis Brundusium venire iusserat: legio Marcia & Quarta, cognita & Senatus voluntate, & tanti iuuenis indole, sublatis signis ad Cæsarem se cõtulerunt. Eum Senatus honoratum Equestri statua, quæ hodieq; in rostris posita, ætatẽ eius scriptura indicat (qui honor non alij per CCC. annos, quam L. Syllæ & Cn. Pompeio, & C. Cæsari contigerat), ꝓ populo. Rom. vna cũ Coss. designatis Hircio & Pansa, bellum cum Antonio gerere iußit. Id ab eo annum agẽte vitesimum, fortißime circa mutinam administratum est: & D. Brutus obsidione liberatus: Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere Italiã. Consulum autẽ alter in acie, alter post paucos dies ex vulnere mortem obijt. Omnia antequam fugaretur Antonius, honorifice à Senatu in Cæsarẽ exercitumq́; eius decreta sunt, maxime auctore Cicerone: sed vt receßit metus, erupit voluntas, protinusq́; Pompeianis partib. redijt animus. Bruto Caßioq́; prouinciæ, quas iã ipsi sine vllo Senatusconsulto occupauerant, decretæ, laudati, quicunq́; his exercitus tradidissent: omnia transmarina imperia eorum cõmissa arbitrio: QuippeM. Brutusq; & C. Caßius, nunc metuentes arma Antonij, nunc ad augendũ eius inuidiã, simulãtes se metuere: testati edictis, libenter se vel in perpetuo exilio victuros, dum Reip. constaret concordia: nec vllam belli ciuilis præbituros materiam, plurimum sibi honoris esse in conscientia facti sui: profecti vrbe atque Italia, intento ac pari animo, sine auctoritate publica prouincias exercitusq́; occupauerãt, & vbicũq; ipsi essẽt prætexẽtes esse

Rem-

Rempub.pecunias etiam, quæ ex trāsmarinis prouinciis Romam ab Quæstoribus deportabantur, à volentibus acceperant, quæ omnia Senatus decretis comprehensa & comprobata sunt. Et D. Bruto, quod alieno beneficio viueret, decretus triumphus: Pansæ atq; Hircij corpora publica sepultura honorata: Cæsaris adeo nulla habita mentio, vt legati, qui ad exercitum eius missi erant, iuberentur submoto eo milites alloqui. Non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat Senatus. Nam quum eam iniuriam dissimulando Cæsar ferret, negauere milites sine Imperatore suo vlla se audituros mandata. Hoc est illud tempus, quo Cicero insito amore Pompeianarum partium; Cæsarem laudandum & tollendum censebat, quum aliud diceret, aliud intelligi vellet. Interim Antonius fuga trāsgressus Alpes, primo spe colloquij repulsus à M.Lepido, qui Pontifex Max. in C.Cæsaris locum furto creatus, decreta sibi Hispania; adhuc in Gallia morabatur. Mox sæpius in conspectum veniens militum, quum & Lepido omnes Imperatores forent meliores, & multis Antonius; dum erat sobrius; per auersa castrorum proruto vallo militibus receptus est: qui titulo imperij cedebat Lepido: quum summa virium penes eum foret. Sub Antonij ingressum in castra Iuuentius Laterensis vir vita ac morte consentaneus, quum acerrime suasisset Lepido, ne se cum Antonio hoste iudicato iungeret, irritus consilij, gladio se ipse transfixit: Plancus deinde dubia, id est, sua fidê, diu; quarum esset partium, secum luctatus, ac sibi difficile consentiens: & nunc adiutor D. Bruti designati Cos. collegæ sui,

M. Lepidus.

Iuuentius Laterensis

Plancus.

Sena-

Senatuique se literis venditans, mox eiusdem proditor. Asinius autem Pollio firmus proposito, & Iulianis partibus fidus, Pompeianis aduersus: vterque exercitus tradidere Antonio. D. Brutus desertus primo à Planco, post etiam insidiis eiusdem petitus; paulatim relinquente eum exercitu fugiens: in hospiciis cuiusdam nobilis viri, nomine Capeni; domo, ab his quos miserat Antonius, iugulatus est: iustissimasq; optime de se merito viro C. Cæsari pœnas dedit, cuius quum primus omnium amicorum fuisset, interfector fuit, & fortuna, ex qua fructum tulerat, inuidiam in auctorem relegabat, censebatque æquum, quæ acceperat à Cæsare, retinere: Cæsarem, qui illa dederat, perire. Hæc sunt tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus æternas Antonij memoriæ inussit notas, sed hic fulgentissimo & cœlesti ore, at tribunus Cannutius continua rabie lacerabat Antonium: vtrique vindicta libertatis, morte stetit. sed Tribuni sanguine commissa proscriptio, Ciceronis vel satiato Antonio pœna finita. Lepidus deinde à Senatu hostis iudicatus est, vt ante fuerat Antonius. Tum inter eum, Cæsaremque & Antonium, cõmercia epistolarum & conditionum iacta mentio: quum Antonius & subinde Cæsarem admoneret, quam inimicæ ipsi Pompeianæ partes forent, & in quod iam emersissent fastigium: & quando Ciceronis studio Brutus Cassiusq; attollerẽtur: denunciaretque se cum Bruto Cassioq;, qui iam XVII. legionum potentes erant, iuncturum vires suas: si Cæsar eius aspernaretur concordiam diceretque plus Cæsarem Patris, quam se amici vltioni debere. Igitur inita pō-

Asinius Pollo.

D. Brutus.

M. Ciceronis orationes Philippicæ in Antoniũ habitæ.

Fœdus Octauii cum Antonio & Lepido eorúmque Triumuiratus.

ta potentia societas: & hortantibus orantibusq; exercitib. inter Antonium etiam ad Cæsarem facta affinitas: quum esset priuigna Antonij desponsata Cæsari Consulatumq; iniit Cæsar pridie quam viginti annos impleret, X. KL. Octobris, cum collega Q. Pedio, post vrbem cõditam annis DCCIX. Furente deinde Antonio, simulq; Lepido, quorum vterq; hostes iudicati erant: quum ambo mallent sibi nunciari, quid passi essent, quam quid meruissent: repugnante Cæsare, sed frustra aduersus duos, instauratum Syllani exempli malũ, proscriptio. Nihil tam indignum illo tempore fuit, quã quod aut Cæsar aliquem proscribere coactus est, aut ab illo Cicero proscriptus est, abscissaq; scelere Antonii vox publica est quũ eius salutem nemo defendisset, qui per tot annos & publicam ciuitatis, & priuatã ciuiũ defenderat. Nihil tamen egisti M. Antoni (cogit. n. excedere propositi formã operis erumpẽs animo ac pectore indignatio) nihil inquã egesti, mercedem cœlestissimi oris, et clarissimi capitis abscissi numerando, auctoramẽtoq; funebri ad conseruatoris quondã Reip. tantiq; Cos. irritando necem. Rapuisti tu M. Ciceroni lucem solicitam, & ætatem senilem, & vitam miseriorem te principe, quam sub te Triumuiro mortem: famam vero gloriamque factorum atque dictorum adeo nõ abstulisti, vt auxeris. Viuit vinetque per omnẽ seculorũ memoriã: dumq; hoc vel sorte, vel prouidentia, vel vtcunq; constitutum rerum naturæ corpus, quod ille pene solus Romanorum animo vidit, ingenio complexus est, eloquentia illuminauit, manebit incolume; comitem æui sui laudem Ciceronis trahet: omnisque posteritas

C. Cæs. Octauius Cos. I. creatus.

Proscriptio M. Ciceronis.

Mors Ciceronis.

illius

illius in te scripta mirabiliter, tuum in eum factum execrabitur: citiusq; in mundo genus hominum, quã nomen eius, cedet. Huius totius temporis fortunam ne deflere quidem quisquam satis digne potuit: adeò nemo exprimere verbis potest. Id tamen notandum est, fuisse in proscriptos vxorum fidẽ summam, libertorum mediam, seruorum aliquam, filiorum nullam: adeo difficilis est hominibus vtcunque conceptæ spei mora. Ne quid vlli Sanctum relinqueretur, velut in dotem inuitamentumque Sceleris Antonius L. Cæsarem auunculum, Lepidus Paulum fratrem proscripserant. Nec Planco gratia defuit ad impetrandum, vt frater eius Plancus Plotius proscriberetur. Eoq; inter iocos militares, q currum Lepidi Planciq; secuti erant, inter execrationẽ ciuiũ vsurpabãt hũc versum:

De germanis, non de Gallis duo triũphant Cõsules.

Iam & Dolobella in Asia C. Treboniũ Consularẽ, cui succedebat, fraude deceptũ, Smyrnæ occiderat: virũ aduersus merita Cæsaris ingratissimũ, participẽq; cædis eius; à quo ipse in Cõsulare prouectus fastigium fuerat. Et C. Cassi⁹ acceptis à Sex. Marco & Crispo Martio, Prætoriis viris, imperatorib. præualidis in Syria legionib. inclusũ Dolobellã, q præoccupata Asia in Syriã peruenerat, Laodicea expugnata interfecerat: ita tamẽ vt ad ictũ serui sui Dolobella nõ segniter ceruicẽ daret, et decẽ legiones in eo tractu sui iuris fecerat. Et M. Brut⁹ L. Antonio fratri M. Antonij in Macedonia, Vatinioq; circa Dyrrhachiũ volẽtes legiones extorserat: sed Antoniũ bello lacessierat: Vatiniũ digna-

C. Trebonius.

Dolobella

C. Antonius Vatinius.

tione obruerat: quũ & Brutus cuilibet ducũ præferendus videretur: & Vatini⁹ nulli nomini nõ esset postferẽdus in quo deformitas corporis cũ turpitudine certabat ingenij, adeo vt animus ei⁹ dignissimo domicilio inclusus videretur, eratque septem legionibus validus.

Lex Pedia. Et lege pedia: quam Cos. Pedius collega Cæsaris tulerat, omnibus qui Cæsarem patrem interfecerant, aqua ignique damnatis interdictum erat. Dumque ea in Italia geruntur: acri atq; prosperrimo bello Cassius Rhodum, rem immanis operis; ceperat: Brutus Lycios deuicerat, & inde in Macedoniam exercitus traiecerant: quum per omnia repugnãs naturæ suæ Cassius, etiam Bruti clementiam vinceret. Neque reperias, quos aut pronior fortuna comitata sit, aut veluti fatigata maturius destituerit, quam Brutum & Cassium.

Pugna Philippica. Tum Cæsar & Antonius traiecerunt exercitus in Macedoniam: & apud vrbem Philippos cum M. Bruto Cassioque acie concurrerunt. Cornu cui Brutus præerat, impulsis hostibus Castra Cæsaris cepit. Nam ipse Cæsar, etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis: oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris remaneret, manifeste denuntiatione quietis territo. Id autem, in quo Cassius fuerat, fugatum ac male multatum in altiora se receperat loca.

C. Cassius. Tum Cassius ex sua fortuna euentum collegæ æstimans: quum dimisisset euocatum, iussissetque nunciare sibi quæ esset multitudo ac vis hominum quæ ad se tenderet, tardius eo nunciante, quum in vicino esset agmen cursu ad eum tendentium, neque puluere facies aut signa denotari possent: existimans hostes esse,

Valer. lib. 1. c. 7.

qui

qui irruerent, lacerna caput circumdedit, extẽtamque ceruicem interitus liberto præbuit. Deciderat Caßij caput, quum euocatus aduenit, nuncians Brutum eſſe victorem: qui quum Imperatorem proſtratum videret. Sequar (inquit) eum, quem mea occidit tarditas, & ita in gladium incubuit. Poſt paucos deinde dies Brutus conflixit cum hoſtibus, & victus acie quum in tumulum nocte ex fuga ſe recepiſſet, impetrauit à Stratone Ægeate familiari ſuo: vt manum morituro commodaret ſibi, reiectoque læuo ſuper caput brachio, quum mucronem gladij eius dextra tenens, ſiniſtra admouiſſet mammillæ, ad eum ipſum locum, qua cor amicat, impellens ſe in vulnus, vno ictu transfixus exſpirauit. Protinus Meſſalla fulgentißimus iuuenis, proximus in illis caſtris Bruti Caßijque auctoritati; quum eſſent, qui eum ducem poſcerent: ſeruari beneficio Cæſaris maluit: quam dubiam ſpem armorum tentare amplius. Nec aut Cæſari quicquam ex victoriis ſuis fuit lætius, quam ſeruaſſe Coruinum: aut maius exemplum hominis grati ac pij, quam Coruinus in Cæſarem fuit. Non aliud bellum cruentius cæde clarißimorum virorum fuit. Tum Catonis filius cecidit: Eadem Lucullum Hortenſiumque eminentiſſimorum ciuium filios, fortuna abſtulit. Nam Varro, ad ludibrium moriturus Antonij, digna illo ac vera de exitu eius magna cũ libertate ominatus eſt. Druſus Liuius, Iuliæ Auguſtæ pater, & Vanus Quintilius, ne tentata quidem hoſtis miſericordia, alter ſe ipſe in tabernaculo interemit: Varus autem liberti, quem id facere coëgerat, manu, quum ſe inſignibus honorum

M.Brutus. **Meſſalla Coruinus.** **Cato Iunior.** **Lucullus Hortenſius Varro.** **DruſusLiuius.** **Vanus Quintilius Varus.**

velasset, iugulatus est. Hunc exitum M. Bruti partium XXXVII. annum agentis fortuna esse voluit, corrupto animo eius in diem, quæ illi omnes virtutes vnius temeritate facti abstulit. Fuit autem dux Cassius melior, quanto vir Brutus: è quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium: in altero maior vis, in altero virtus. Qui si vicissent: quãtum Reip. interfuit, Cæsarem potius habere, quã Antonium principem, tantum retulisset habere Brutum quã Cassium. Fractis Brutianis Cassianisq; partibus, Antonius transmarinas obiturus prouincias substitit: Lepidus Africam tenere iussus est: Cæsar in Italiam se recepit: eamq; longe, quã sperauerat, tumultuosiorẽ

L. Antonius. reperit. quippe L. Antonius Cos. vitiorũ fratris sui cõsors, sed virtutũ, quæ interdum in illo erant, expers: modo apud veteranos criminatus Cæsarẽ, modo eos qui iusta diuisione prædiorum, nominatisq; colonis agros amiserant, ad arma conciens, magnum exercitũ cõ-

Fuluia. flauerat. Ex altera parte vxor Antonij Fuluia nihil muliebre præter corpus, gerens, omnia armis tumultuq; miscebat. Hæc belli sedem Præneste ceperat: Antonius pulsus vndiq; viribus Cæsaris, Perusiã se contu-

Blencus. lerat. Plancus Antonianarũ adiutor partium, spem magis ostenderat auxilij: quã opẽ ferebat Antonio Vsus cæsar virtute & fortuna sua, Perusiam expugnauit, Antoniũ inuiolatũ dimisit, in Perusinos magis ira militum, quã voluntate sæuitum ducis. Vrbs incensa:

Macedonicus. cuius initium incendij princeps eius loci fecit Macedonicus: qui subiecto rebus ac penatibus suis igni, transfixum se gladio flammæ intulit. Excessit quidẽ

tum

tum Italia L. Antonius, & aliquãdo post auctis copiis in eam reuersus, belli metum attulit, sed pax tamen postea circa Brundusium composita est. Tum ex postulante cõsensu populi, quem grauis vrebat infesto mari annona, cum Pompeio quoq; circa Misenum pax inita: qui haud absurde, quum in naui Cæsaremq; & Antonium cœna exciperet, dixit, in carinis suis se cœnam dare: referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio possidebatur. In hoc pacis fœdere placuit Siciliã Achaiamq; Pompeio cõcedere: in quo tamen animus inquies manere non potuit: id vnum tantummodo salutare aduentu suo patriæ attulit: quod omnib. proscriptis aliisq; qui ad eũ ex diuersis causis fugerant, reditũ salutemq; pactus est: quæ res & alios clarissimos viros, & Neronem Claudium, & M. Syllanum, Sentiumq; Saturninum, & Aruntium ac Titium restituit Reip. Staiũ autẽ Murcũ, qui aduẽtu suo classisq; celeberrimæ vires eius duplicauerat, insimulatũ falsis criminationib. (quia talem virum collegã officij Mena & Menecrates fastidierant) Põpeius in Sicilia interfecerat. Hoc tractu temporũ Octauiã sororẽ Cæsaris M. Antonius duxit vxorẽ. Redierat Pompeius in Siciliam: Antonius in transmarinas prouincias: quas magnis motientis Labienus ex Brutianis castris profectus ad Parthos, producto eorũ exercitu in Syriã interfectoq; legato Antonij cõcusserat: qui virtute & ductu Vẽtidij vna cũ Parthorũ copiis, celeberrimoq; iuuenũ Pacoro regis filio extinctus est. Crescẽte indies & classe, & fama Põpeij, Cæsar molẽ belli eius suscipere statuit. Ædificandis nauib. contrahẽ-

Sex Pompeius.

Sext Pompeius adolescens studiis rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatione celer, fide patri dissimilimus, libertorum suorum libertus, seruorumq; seruus speciosis inuidens, vt pareret humilimis Patercul.

Lepidus.

Bellum Siculum.

doque militi ac remigi, naualibusque adsuescendo certaminibus atque exercitationobus, præfectus est M. Agrippa, virtutis nobilissimæ, labore, vigilia, periculo inuictus, parendique, sed vni, scientissimus, aliis sane imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes positus, consultisque facta coniungens. Pugnatum est aliquoties ancipiti fortuna: donec tandem Pompeius omnibus exutus nauibus, Asiam fuga petiuit: iussuque M. Antonij, cuius opem petierat, dum inter ducem & supplicem tumultuatur, & nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, à Titio iugulatus est. Acciuerat genus contra Pompeium bellum ex Africa Cæsar Lepidum cum XII. semiplenis legionibus. Hic vir omnium vanissimus, neque vlla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus, exercitum Pompeij, quia propior fuerat, sequentem non ipsius, sed Cæsaris auctoritatem ac fidem, sibi iunxerat, inflatusq; amplius XX. legionum numero, in id furoris processerat: vt inutilis alienæ victoriæ comes, quam diu moratus erat, dissidendo in consiliis Cæsaris, & semper diuersa his, quæ aliis placebant, dicendo, totam victoriam vt suam interpretaretur, audebatque denunciari Cæsari, excederet Sicilia. Non ab Scipionibus, aliisque veteribus Rom. ducum quicquam ausum patratumque fortius, quam tunc à Cæsare. Quippe quum inermis & lacernatus esset, præter nomen nihil trahens: ingressus castra Lepidi; euitatis, quæ iussu hominis prauissimi in eum iacta erant, telis: quũ lacerna eius perforata esset lancea: aquilam legionis rapere ausus est. Scires quid interesset inter duces, ar-

mati inermem secuti sunt, decimoque anno, quam ad dißimilimam vitæ suæ potentiam peruenerat Lepidus, & à militibus, & à fortuna desertus, pulloque velatus amiculo inter vltimam confluentium ad Cæsarem turbam latens, genibus eius aduolutus est. Vita rerũque suarum dominium concessa ei sunt: spoliata quam tueri non poterat dignitas. Subita deinde exercitus seditio, qui plerunque contemplatus frequentiam suam, à disciplina descifcit, & quod cogere se putat posse, rogare non sustinet: partim seueritate, partim liberalitate discussa principis, speciosumque per id tempus adiectum supplementum Campanæ coloniæ. Qua æstate Cæsar tam prospere Lepidum in Sicilia domuit: bene fortuna in Cæsare & Repub. militauit ad orientem, quippe Antonius cum XIII. legionibus ingressus Armeniam, ac deinde Mediam, & per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum obuiam: magno quidem ille damno affectus primum, amissaque non minus quarta parte militum, vix fuga elapsus: quam tamen Antonius fugam, quia viuus exierat, victoriam vocabat, sed tertia æstate reuersus in Armeniam, regem eius Artauasden fraude deceptum catenis, sed (ne quid honori deesset) aureis vinxit. Crescente deinde & amoris in Cleopatram incendio: & vitiorum, quæ semper facultatibus licentiaque & assentationibus aluntur, magnitudine: bellum patriæ inferre constituit; quum ante nouum se Liberum Patrem appellari iußisset; quum redimitus hedera coronaque velatus aurea, & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru velut Liber Pater vectus esset Alexandriæ.

Bellum Parthicũ.

Antonius Liber Pater Nouus.

P 5 *Cæsa-*

Bellum Actiacum. *Cæsare deinde & Messalla Coruino Coss. debellatũ apud Actiũ: vbi longe anteã q̃ dimicaretur, exploratissima Iulianarũ partium fuit victoria. Vigebat in hac parte miles atq; imperator, illa marcebãt omnia: hinc reges firmißimi; illinc inopia adfectißimi: nauiũ hinc magnitudo modica, sed celerior, ex aduerso illa specie terribilior, hinc ad Antoniũ nemo, illinc ad Cæsarem quotidie aliqui transfugiebant. Deniq; in ore atq; oculis Antonianæ claßis per M. Agrippã Leucas expugnata: Patræ capta: Corinthus occupata: bis ante vltimũ discrimẽ claßis hostium superata. Rex Amyntas, meliora & vtiliora secutus, inde illius exẽplo vir audax Dolobella, virq; clarißimus Cn. Domitius, qui solus Antonianarum partium, nunquam reginam nisi nomine salutauit maximo & præcipiti periculo trãsmisit ad Cæsarem. Aduenit deinde maximi discriminis dies: quo Cæsar Antoniusq; productis claßibus, pro*

Pugna Actiaca. *salute alter, in ruinam alter, terrarũ orbis dimicauere. Dextrum nauium Iulianarum cornu M. Lario cõmissum læuum Aruntio: Agrippæ omne claßici certaminis arbitrium: Cesar ei parti destinatus, in quam à fortuna vocaretur, vbique aderat. Claßis Antonij regimen Publicolæ Sosioque cõmissum: at in terra locatum exercitum Taurus Cæsaris, Antonij regebat Canidius. Vbi initum certamen est, omnia in altera parte fuere dux, remiges, milites: in altera nihil, præter milites. Prima occupat fugam Cleopatra: Antonius*

Cleopatra Antonius desertor exercitus. *fugientis Reginæ, quam pugnantis militis, comes esse maluit: & Imperator, qui in desertores sæuire debuerat, desertor exercitus sui factus est. Illis*

etiam

etiam detracto capite, in longum fortiſſime pugnandi durauit conſtantia & deſperata victoria, in mortẽ dimicabatur. Cæſar quos ferro poterat interimere, verbis mulcere cupiens, clamitanſq; & oſtẽdens fugiſſe Antoniũ, quærebat, ꝑ quo & cũ quo pugnarent. At illi quũ diu pro abſente dimicaſſẽt duce, ægre ſubmiſſis armis cessere victoriã, citiuſq; vitã veniãq; Cæſar promiſit: ꝗ illis vt ea precarẽtur, perſuaſum eſt. Fuitq; in confeſſo, milites optimi imperatoris, Imperatorem fugaciſſimi militis functũ officio. Viderit è ſuo an Cleopatræ arbitrio victoriã tẽperaturus fuerat, ꝗ ad eius arbitrium direxit fugã. Idem locatus in terra fecit exercitus, quum ſe Canidius præcipiti fuga rapuiſſet ad Antoniũ. Quid ille dies terrarũ orbi præſtiterit, ex quo in quẽ ſtatum peruenerit fortuna publica, quis in hoc tranſcurſu tã arctati operis exprimere audeat? Victoria vero fuit clementiſſima: nec quiſquam interemptus, niſi pauciſſimi, & hi qui deprecari quidẽ pro ſe non ſuſtinerent. Nõ prætereatur Aſinij Pollionis factũ & dictũ memorabile namq; quũ ſe poſt Brunduſinã pacẽ cõtinuiſſet in Italia, neq; aut vidiſſet vnquã reginã, aut poſt eneruatũ amore eius Antonij animum, partibus eius ſe miſcuiſſet: rogante Cæſare, vt ſecum ad bellum proficiſceretur Actiacũ, Mea (inquit) in Antonium maiora merita ſunt, illius in me beneficia notiora; itaque diſcrimini veſtro me ſubtraham, & ero præda victoris.

Aſinius Pollio neutralis.

Proximo deinde anno perſequutus Cæſar reginã Antoniumq; Alexandriam, vltimam bellis ciuilib. impoſuit manũ. Antonius ſe ipſe non ſegniter interemit: adeo

Bellũ Alexandrinrũ

Antonius Timon factus αὐτόχειρ.

Clepatra cadauer fa ctus postea capta & αὐτόχειρ eadem in area cum Antonio condita.

adeo vt multa desidiæ crimina morte dirimeret. At Cleopatra frustratis custodib. illata aspide, morsu sane eius, expers muliebris metus, spiritū reddidit. Fuitque & fortuna & clementia Cæsaris dignum, quod nemo ex iis, qui contra eum arma tulerunt, ab eo iussuve eius interemtus est. Cæsar autem reuersus in Italiam, atque vrbem, occursus quo fauore omnium hominum, ætatum, ordinum exceptus sit, quæ magnificētia triumphorum eius, quæ fuerint munerum: ne in operis quidem iusti materia, nedum huius tam recisi, digne exprimi potest. Nihil deinde optare à diis homines, nihil dÿ præstare hominibus possunt, nihil voto concipi, nihil felicitate consumari: quod non Augustus post reditum in vrbem Reipub. populoque Rom. terrarumque orbi repræsentauerit. Finita vicesimo anno bella ciuilia, sepulta externa reuocata pax, sopitus vbiq; armorum furor, restituta vis legibus, iudiciis auctoritas, Senatui maiestas: imperium magistratuum ad pristinum redactum modum, tantummodo octo Prætoribus allecti duo: prisca illa & antiqua Reip. forma reuocata: rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum possessio, leges emendatæ vtiliter, latæ salubriter: Senatus sine asperitate, nec sine seueritate lectus: Principes viri triumphisque & amplissimis honoribus functi, hortatu principis ad ornādam vrbem illecti sunt.

C. Cæs. Octauius Augustus salutatus, id est, σεβαστὸς vt Dion habet.

Ianus clausus à Cæsare.

Pacis commoda.

FINIS

MICHAELIS NEANDRI

RAMOICA,

siue

ROMA COEPTA, BELLIGERANS, INTER ADVERSATIONES multiplices crescens, victrix multarum gentium, florens ac triumphans.



Omanam gentem, euersa Troia, Æneas condidit, in Italiam delatus. Ducta in vxorem Lauinia, Latini regis & Amatæ filia: bella gessit cum Turno Rutulorum & cum Mezentio, Hetruscorum rege. Turno vero & Latino in illo bello cæsis, condidit Æneas Lauinium. Ænea vero tandem etiam defuncto Ascanius filius cõdidit Albam Longam: in qua regnatum est ab Ascanio & Syluiis, CCC. *totis annis, vsque ad natum Romulum è Rhea Syluia filia Numitoris Regis Albani. Is Romulus Romam condidit: quæ XII. milliar. ab Alba abfuit, ante Christum natum anno* DCC. *Regnauit annos XXXIIX. Post Romulum regnarunt Numa religiosus, annis XLIII. Tullius Hostilius, euersor Albæ interfector Metij Suffetij, annis XXXII. Ancus Martius annis XXIV. Tarquinius Priscus Corinthius annis XXXVII. Seruius Tullius sapientissimus, matre Serua natus, annis XLIV. Tarquinius Superbus, pulsus*

Romani ab Ænea. Reges Latini.

Alba Longa. Reges Albani. Roma cõdita. Reges Romani.

sus regno à Romanis propter scelus filij. Eum obsessa Roma frustra reducere conatus est Porsenna Hetruscorum rex, territus fortitudine Mutij Romani. De his quum nomen regium propter Tranquinios esset exosum Romanis: transfertur regnum ad duos cõsules, quorũ potestas fuit annua. Quũ regnũ reges annis CCXLIV. circiter tenuissent. Ac primi cõsules fuere Collatinus Lucretiæ marit⁹. & Brutus rigidus & immisericors; durusq; etiã in filios. Quũ autẽ tunc Italia teneretur à multis gentib: principib. & regulis in Italiæ varias regiones distributis Rom: nõ quieuerũt, nec distiterũt, donec cũctas Italicas gẽtes sui iuris facerẽt. Quẽadmodũ autẽ Romulus vicinos Sabinos: ita cõsules deinde Volscos post annũ CC. demũ domuerunt. Eorũ metropolis Veij fuerũt, nõ minor Athenis, quã Camillus cepit. Cũ in illo bello CCC. Fabij perijssent, vno superstite, qui postea cũctator dict⁹ fuit. Latinis etiã bellum fecerũt. Atq; tũc Manli⁹ Torquat⁹ filiũ seruiri percussit: vnde Manliana imperia. Samnites etiam subinde cladib: animosiores domuerũ. Vrbs primaria illarum fuit Capua, quondã inter tres maximas Romam & Carthaginem cõmemorata, posthæc Vmbris Hetruscis & Tarentinis bellũ fecerũt eas gẽtes, adiuuabat contra Romanos Pirrhus Epiroticus Dux & miles egregius, delusus oraculo. Tarẽtũ opus Lacedæmoniorum & Colonia, patria Archytæ Philosophi, caput fuit quondam Calabriæ, Apuliæ, & totius Lucaniæ. Interea vero dum Romani Italicis illis bellis occupati sunt, Galli Romam duce Brenno diripiunt; incendũt & vastant, anno ab V.C. CCCLXV. Eos reprimit & fundit Camillus. Anno post direptam Romam CIX.

Consules Romani post exactos Reges Italiæ populi.

Bella Romanorum cum variis populis Italiæ.

Roma à Gallis capta & direpta.

duce etiam Brenno quodam diripiunt Galli templum Delphicum donariis magnorum principum opulentum. Tunc Tectosagi Galli in Tolosam domum reuersi propter spoliata templa Græciæ peste luunt pœnam & opes sacrilegas in templo Tolosano oraculo deponunt. Id templum aliquanto post diripit Capio Cos. Rom. suo maximo cum malo. Deinde mouetur Romæ aliquoties populus contra Senatum, tum alias, tum etiam propter decemuiros, quibus fuit demandata cura interpretandarum legum Solonis è Græcia allatarum: quòd suâ auctoritate abuterentur præcipue Appius Claudius in filia Virginij ciuis Romani. In illis motibus Coriolanus exilio mulctatur: quod voluntati plebis cōtradixisset. Et Manlius Torquatus è saxo Tarpeio præcipitatur, quod ille tamen contra Gallos defenderat. Inter tot tamen aduersationes, tum externas, tum domesticas, populus Romanus nihilominus per annos D. à Romulo vsque vniuersam Italiam sui iuris fecit: atque caput Romam illi dedit: Annis deinde sequētib. Roma extra Italiā progressa, Africam, Europam Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragrauit victorias suas à Carthaginensibus exorsa, quum opem eius Siculi implorassent. In eo bello, quod primum Punicum dicitur, Attilius Regulus Dux præstātissimus Romanorū & fidissimus præclarā operā nauauit. Nauali vero tandē prælio à Romanis ad Ægates Insulas victi, pacem petunt anno belli moti XXIV. in Sicilia hoc loco mētio solet fieri Dionysii vtriusq; senioris & iunioris, & phalaridis etiā Agrigētinorū tyrāni, & Agatoclis figuli filij. Secūdū bellū Punicū longe tristius ac atrocius fuit, primo ortū post an. XXV. Inde natū. q Hannibal delesset Sagūtū nobilē Hispaniæ vrbē Romanorū sociam. Fudit autem in hoc bello Annibal quater Romanos: primo ad Ticinum prope Mediolanum Italiæ. 2. ad Trēbiā fluuiū ꝓpe Bononiā. 3. ad Thrasimenū lacū prope Florentiā. 4. ad Cannas ignobilē Apuliæ vicū. Eum tamen nihilominus tandem Fabius imperij Romani scutū appellatus, mora & cunctando fregit. Eodem tēpore Roma cladib. semꝑ animosior, & Hānibalē sustinuit, & ꝑ Marcellū in Siciliam

Templum Delphicū. Templum Tolosanū. Motus varii populi Romani.

Roma totius Italiæ domina & regina. Bella Romanorum extra Italiam. Primum bellum Punicum. Sicilia. Secūdum bellum Punicum.

velasset, iugulatus est. Hunc exitum M. Bruti partiũ XXXVII. annum agentis fortuna esse voluit, corrupto animo eius in diem, quæ illi omnes virtutes vnius temeritate facti abstulit. Fuit autem dux Caßius melior, quanto vir Brutus: è quibus Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Caßium: in altero maior vis, in altero virtus. Qui si vicissent: quãtum Reip. interfuit, Cæsarem potius habere, quã Antonium principem, tantum retulisset habere Brutum quã Caßium. Fractis Brutianis Caßianisq; partibus, Antonius transmarinas obiturus prouincias substitit: Lepidus Africam tenere iussus est: Cæsar in Italiam se recepit: eamq; longe, quã sperauerat, tumultuosiorẽ reperit. quippe L. Antonius Cos. vitiorũ fratris sui cõsors, sed virtutũ, quæ interdum in illo erant, expers: modo apud veteranos criminatus Cæsarẽ, modo eos qui iusta diuisione prædiorum, nominatisq; colonis agros amiserant, ad arma conciens, magnum exercitũ cõflauerat. Ex altera parte vxor Antonij Fuluia nihil muliebre præter corpus, gerens, omnia armis tumultuq; miscebat. Hæc belli sedem Præneste ceperat: Antonius pulsus vndiq; viribus Cæsaris, Perusiã se contulerat. Plancus Antonianarũ adiutor partium, spem magis ostenderat auxilij: quã opẽ ferebat Antonio. Vsus cæsar virtute & fortuna sua, Perusiam expugnauit, Antoniũ inuiolatũ dimisit, in Perusinos magis ira militum, quã voluntate sæuitum ducis. Vrbs incensa: cuius initium incendij princeps eius loci fecit Macedonicus: qui subiecto rebus ac penatibus suis igni, transfixum se gladio flammæ intulit. Excessit quidẽ

L. Antonius. Fuluia. Plancus. Macedonicus.

tum

tum Italia L. Antonius, & aliquādo post auctis copiis in eam reuersus, belli metum attulit, sed pax tamen postea circa Brundusium composita est. Tum ex postulante cōsensu populi, quem grauis vrebat infesto mari annona, cum Pompeio quoq; circa Misenum pax inita: qui haud absurde, quum in naui Cæsaremq; & Antonium cœna exciperet, dixit, in carinis suis se cœnam dare: referens hoc dictum ad loci nomen, in quo paterna domus ab Antonio possidebatur. In hoc pacis fœdere placuit Siciliā Achaiamq; Pompeio cōcedere: in quo tamen animus inquies manere non potuit: id vnum tantummodo salutare aduentu suo patriæ attulit: q; omnib. proscriptis aliisq; q ad eū ex diuersis causis fugerant, reditū salutemq; pactus est: quæ res & alios clarißimos viros, & Neronem Claudium, & M. Syllanum, Sentiumq; Saturninum, & Aruntium ac Titium restituit Reip. Staiū autēMurcū, q aduētu suo classisq; celeberrimæ vires eius duplicauerat, insimulatū falsis criminationib. (quia talem virum collegā officij Mena & Menecrates fastidierant) Pōpeius in Sicilia interfecerat. Hoc tractu temporū Octauiā sororē Cæsaris M. Antonius duxit vxorē. Redierat Pompeius in Siciliam: Antonius in transmarinas prouincias: quas magnis momentis Labienus ex Brutianis castris profectus ad Parthos, producto eorū exercitu in Syriā interfectoq; legato Antonij cōcusserat: q virtute & ductu Vētidij vna cū Parthorū copiis, celeberrimoq; iuuenū Pacoro regis filio extinctus est. Crescēte indies & classe, & fama Pōpeij, Cæsar molē belli eius suscipere statuit. Ædificandis nauib. contrahēdoq; Sex Pompeius.

 doq;

Sext Pompeius adolescens studiis rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatione celer, fide patri dissimilimus, libertorum suorum libertus, seruorumq; seruus speciosis inuidens, vt pareret humilimis Patercul.

Lepidus. Bellum Siculum.

doque militi ac remigi, naualibusque adsuescendo certaminibus atque exercitationobus, præfectus est M. Agrippa, virtutis nobilißimæ, labore, vigilia, periculo inuictus, parendique, sed vni, scientißimus, aliis sane imperandi cupidus, & per omnia extra dilationes positus, consultisque facta coniungens. Pugnatum est aliquoties ancipiti fortuna: donec tandem Pompeius omnibus exutus nauibus, Asiam fuga petiuit: iussuque M. Antonij, cuius opem petierat, dum inter ducem & supplicem tumultuatur, & nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, à Titio iugulatus est. Acciuerat genus contra Pompeium bellum ex Africa Cæsar Lepidum cum XII. semiplenis legionibus. Hic vir omnium vanißimus, neque vlla virtute tam longam fortunæ indulgentiam meritus, exercitum Pompeij, quia propior fuerat, sequentem non ipsius, sed Cæsaris auctoritatem ac fidem, sibi iunxerat, inflatusq; amplius XX. legionum numero, in id furoris processerat: vt inutilis alienæ victoriæ comes, quam diu moratus erat, dißidendo in consiliis Cæsaris, & semper diuersa his, quæ aliis placebant, dicendo, totam victoriam vt suam interpretaretur, audebatque denunciari Cæsari, excederet Sicilia. Non ab Scipionibus, aliisque veteribus Rom. ducum quicquam ausum patratumque fortius, quam tunc à Cæsare. Quippe quum inermis & lacernatus esset, præter nomen nihil trahens: ingressus castra Lepidi; euitatis, quæ iussu hominis prauißimi in eum iacta erant, telis: quũ lacerna eius perforata esset lancea: aquilam legionis rapere ausus est. Scires quid interesset inter duces, armati

mati

mati inermem secuti sunt, decimoque anno, quam ad dissimilimam vitæ suæ potentiam peruenerat Lepidus, & à militibus, & à fortuna desertus, pulloque velatus amiculo inter vltimam confluentium ad Cæsarem turbam latens, genibus eius aduolutus est. Vita rerũque suarum dominium concessa ei sunt: spoliata quam tueri non poterat dignitas. Subita deinde exercitus seditio, qui plerunque contemplatus frequentiam suam, à disciplina desciscit, & quod cogere se putat posse, rogare non sustinet: partim seueritate, partim liberalitate discussa principis, speciosumque per id tempus adiectum supplementum Campanæ coloniæ. Qua æstate Cæsar tam prospere Lepidum in Sicilia domuit; bene fortuna in Cæsare & Repub. militauit ad orientem, quippe Antonius cum XIII. legionibus ingressus Armeniam, ac deinde Mediam, & per eas regiones Parthos petens, habuit regem eorum obuiam: magno quidem ille damno affectus primum, amissaque non minus quarta parte militum, vix fuga elapsus: quam tamen Antonius fugam, quia viuus exierat, victoriam vocabat, sed tertia æstate reuersus in Armeniam, regem eius Artauasden fraude deceptum catenis, sed (ne quid honori deesset) aureis vinxit. Crescente deinde & amoris in Cleopatram incendio: & vitiorum, quæ semper facultatibus licentiaque & assentationibus aluntur, magnitudine: bellum patriæ inferre constituit; quum ante nouum se Liberum Patrem appellari iussisset; quum redimitus hedera coronaque velatus aurea, & thyrsum tenens, cothurnisque succinctus, curru velut Liber Pater vectus esset Alexandriæ.

Bellum Parthicũ.

Antonius Liber Pater Nouus.

Bellum Actiacum. Cæsare deinde & Messalla Coruino Coss. debellatũ apud Actiũ: vbi longe anteaq̃ dimicaretur, exploratissima Iulianarũ partium fuit victoria. Vigebat in hac parte miles atq; imperator, illa marcebãt omnia: hinc reges firmißimi; illinc inopia adfectißimi: nauiũ hinc magnitudo modica, sed celerior, ex aduerso illa specie terribilior, hinc ad Antoniũ nemo, illinc ad Cæsarem quotidie aliqui transfugiebant. Deniq; in ore atq; oculis Antonianæ claßis per M. Agrippã Leucas expugnata: Patræ capta: Corinthus occupata: bis ante vltimũ discrimẽ claßis hostium superata. Rex Amyntas, meliora & vtiliora secutus, inde illius exẽplo vir audax Dolobella, virq; clarißimus Cn. Domitius, qui solus Antonianarum partium, nunquam reginam nisi nomine salutauit maximo & præcipiti periculo trãsmisit ad Cæsarem. Aduenit deinde maximi discriminis dies: quo Cæsar Antoniusq; productis claßibus, pro

Pugna Actiaca. salute alter, in ruinam alter, terrarũ orbis dimicauere. Dextrum nauium Iulianarum cornu M. Lario cõmissum læuum Aruntio: Agrippæ omne claßici certaminis arbitrium: Cesar ei parti destinatus, in quam à fortuna vocaretur, vbique aderat. Claßis Antonij regimen Publicolæ Sosioque cõmissum: at in terra locatum exercitum Taurus Cæsaris, Antonij regebat Canidius. Vbi initum certamen est, omnia in altera parte fuere dux, remiges, milites: in altera nihil,

Cleopatra Antonius desertor exercitus. præter milites. Prima occupat fugam Cleopatra: Antonius fugientis Reginæ, quam pugnantis militis, comes esse maluit: & Imperator, qui in desertores sæuire debuerat, desertor exercitus sui factus est. Illis

etiam

etiam detracto capite, in longum fortissime pugnandi durauit constantia & desperata victoria, in mortē dimicabatur. Cæsar quos ferro poterat interimere, verbis mulcere cupiens, clamitansq; & ostēdens fugisse Antoniū, quærebat, p quo & cū quo pugnarent. At illi quū diu pro absente dimicaßēt duce, ægre submißis armis, cessere victoriā, citiusq; vitā veniāq; Cæsar promisit: q̃ ll's vt ea precarētur, persuasum est. Fuitq; in confesso, milites optimi imperatoris, Imperatorem fugacißimi militis functū officio. Viderit è suo an Cleopatræ arbitrio victoriā tēperaturus fuerat, q ad eius arbitrium direxit fugā. Idem locatus in terra fecit exercitus, quum se Canidius præcipiti fuga rapuisset ad Antoniū. Quid ille dies terrarū orbi præstiterit, ex quo in quē statum peruenerit fortuna publica, quis in hoc transcursu tā arctati operis exprimere audeat? Victoria vero fuit clementißima: nec quisquam interemptus, nisi paucißimi, & hi qui deprecari quidē pro se non sustinerent. Nō prætereatur Asinij Pollionis factū & dictū memorabile namq; quū se post Brundusinā pacē cōtinuisset in Italia, neq; aut vidisset vnquā reginā, aut post eneruatū amore eius Antonij animum, partibus eius se miscuisset: rogante Cæsare, vt secum ad bellum proficisceretur Actiacū, Mea (inquit) in Antonium maiora merita sunt, illius in me beneficia notiora; itaque discrimini vestro me subtraham, & ero præda victoris. Asinius Pollio neutralis.

Proximo deinde anno persequutus Cæsar reginā Antoniumq; Alexandriam, vltimam bellis ciuilib. imposuit manū. Antonius se ipse non segniter interemit: adeo Bellū Alexandrinū Antonius Timon factus αὐτόχειρ.

Clepatra cadauer factus postea capta & αὐτόχειρ eadem in area cum Antonio condita.

adeo vt multa desidiæ crimina morte dirimeret. At Cleopatra frustratis custodib. illata aspide, morsu sanè eius, expers muliebris metus, spiritũ reddidit. Fuitque & fortuna & clementia Cæsaris dignum, quod nemo ex iis, qui contra eum arma tulerunt, ab eo iussuve eius interemtus est. Cæsar autem reuersus in Italiam, atque vrbem, occursus quo fauore omnium hominum, ætatum, ordinum exceptus sit, quæ magnificẽtia triumphorum eius, quæ fuerint munerum: ne in operis quidem iusti materia, nedum huius tam recisi, digne exprimi potest. Nihil deinde optare à diis homines, nihil dii præstare hominibus possunt, nihil voto concipi, nihil felicitate consumari: quod non Augustus post reditum in vrbem Reipub. populoque Rom. terrarumque orbi repræsentauerit. Finita vicesimo anno bella ciuilia, sepulta externa reuocata pax, sopitus vbiq; armorum furor, restituta vis legibus, iudiciis auctoritas, Senatui maiestas: imperium magistratuum ad pristinum redactum modum, tantummodo octo Prætoribus allecti duo: prisca illa & antiqua Reip. forma reuocata: rediit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum possessio, leges emendatæ vtiliter, latæ salubriter: Senatus sine asperitate, nec sine seueritate lectus: Principes viri triumphisque & amplissimis honoribus functi, hortatu principis ad ornãdam vrbem illecti sunt.

C. Cæs. Octauius Augustus salutatus, id est, σέβαστος vt Dion habet.

Ianus clausus à Cæsare.

Pacis commoda.

FINIS

MICHAELIS NEANDRI

RAMOICA,

siue

ROMA COEPTA, BELLIGERANS, INTER ADVERSATIONES multiplices crescens, victrix multarum gentium, florens ac triumphans.



Omanam gentem, euersa Troia, Æneas condidit, in Italiam delatus. Ducta in vxorem Lauinia, Latini regis & Amatæ filia: bella gessit cum Turno Rutulorum & cum Mezentio, Hetruscorum rege. Turno vero & Latino in illo bello cæsis, condidit Æneas Lauinium. Ænea vero tandem etiam defuncto Ascanius filius cõdidit Albam Longam: in qua regnatum est ab Ascanio & Syluiis, CCC. totis annis, vsque ad natum Romulum è Rhea Syluia filia Numitoris Regis Albani. Is Romulus Romam condidit: quæ XII. milliar. ab Alba abfuit, ante Christum natum anno DCC. Regnauit annos XXXIIX. Post Romulum regnarunt Numa religiosus, annis XLIII. Tullius Hostilius, euersor Albæ interfector Metij Suffetij, annis XXXII. Ancus Martius annis XXIV. Tarquinius Priscus Corinthius annis XXXVII. Seruius Tullius sapientißimus, matre Serua natus, annis XLIV. Tarquinius Superbus, pul-

Romani ab Ænea. Reges Latini.

Alba Longa. Reges Albani. Roma cõdita. Reges Romani.

ſus regno à Romanis propter ſcelus filij. Eum obſeſſa Roma fruſtra reducere conatus eſt Porſenna Hetruſcorum rex, territus fortitudine Mutij Romani. De his quum nomen regium propter Tranquinios eſſet exoſum Romanis: transfertur regnum ad duos cõſules, quorũ poteſtas fuit annua. Quũ regnũ reges anni CCXLIV. circiter tenuiſſent. Ac primi cõſules fuere Collatinus Lucretiæ marit⁹. & Brutus rigidus & immiſericors; duruſq; etiã in filios. Quũ autẽ tunc Italia teneretur à multis gentib: principib. & regulis in Italiæ varias regiones diſtributis Rom: nõ quieuerũt, nec diſtiterũt, donec cũctas Italicas gẽtes ſui iuris facerẽt. Quẽadmodũ autẽ Romulus vicinos Sabinos: ita cõſules deinde Volſcos poſt annũ CC. demũ domuerunt. Eorũ metropolis Veij fuerũt, nõ minor Athenis, q̃ Camillus cepit. Cũ in illo bello CCC. Fabij periiſſent, vno ſuperſtite, q poſtea cũctator dict⁹ fuit. Latinis etiã bellum fecerũt. Atq; tũc Manli⁹ Torquat⁹ filiũ ſeruiri percuſſit: vnde Manliana imperia. Samnites etiam ſubinde cladib: animoſiores domuerũ. Vrbs primaria illarum fuit Capua, quondã inter tres maximas Romam & Carthaginem cõmemorata, poſthæc Vmbris Hetruſcis & Tarentinis bellũ fecerũt eas gẽtes; adiuuabat contra Romanos Pirrhus Epiroticus Dux & miles egregius, deluſus oraculo. Tarẽtũ opus Lacedæmoniorum & Colonia, patria Archytæ Philoſophi, caput fuit quondam Calabriæ, Apuliæ, & totius Lucaniæ: Interea vero dum Romani Italicis illis bellis occupati ſunt, Galli Romam duce Brenno diripiunt; incendũt & vaſtant, anno ab V.C. CCCLXV. Eos reprimit & fundit Camillus. Anno poſt direptam Romam CIX.

Conſules Romani poſt exactos Reges Italiæ populi.

Bella Romanorum cum variis populis Italiæ.

Roma à Gallis capta & direpta.

duce etiam Brenno quodam diripiunt Galli templum Delphicum donariis magnorum principum opulentum. Tunc Tectosagi Galli in Tolosam domum reuersi propter spolia ta templa Græciæ peste luunt pœnam & opes sacrilegas in templo Tolosano oraculo deponunt. Id templum aliquanto post diripit Cæpio Cos. Rom. suo maximo cum malo. Deinde mouetur Romæ aliquoties populus contra Senatum, tum alias, tum etiam propter decemuiros, quibus fuit demandata cura interpretandarum legum Solonis è Græcia allatarum: quod sua auctoritate abuterentur præcipue Appius Claudius in filia Virginij ciuis Romani. In illis motibus Coriolanus exilio mulctatur: quod voluntati plebis cōtradixisset. Et Manlius Torquatus è saxo Tarpeio præcipitatur, quod ille tamen contra Gallos defenderat. Inter tot tamen aduersationes, tum externas, tum domesticas, populus Romanus nihilominus per annos D. à Romulo vsque vniuersam Italiam sui iuris fecit: atque caput Romam illi dedit: Annis deinde sequētib. Roma extra Italiā progressa, Africam, Europam Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragrauit victorias suas à Carthaginensibus exorsa, quum opem eius Siculi implorassent. In eo bello, quod primum Punicum dicitur, Attilius Regulus Dux præstātissimus Romanorū & fidissimus præclarā operā nauauit. Nauali vero tandē prælio à Romanis ad Ægates Insulas victi, pacem petunt anno belli moti XXIV. in Sicilia hoc loco mētio solet fieri Dionysii vtriusq; senioris & iunioris, & phalaridis etiā Agrigētinorū tyrāni, & Agatoclis figuli filij. Secūdū bellū Punicū longe tristius ac atrocius fuit, primo ortū post an. XXV. Inde natū, ꝙ Hannibal delesset Sagūtū nobilē Hispaniæ vrbē Romanorū sociam. Fudit autem in hoc bello Annibal quater Romanos: primo ad Ticinum prope Mediolanum Italiæ. 2. ad Trēbiā fluuiū ꝓpe Bononiā. 3. ad Thrasimenū lacū prope Florentiā. 4. ad Cannas ignobilē Apuliæ vicū. Eum tamen nihilominus tandem Fabius imperij Romani scutū appellatus, mora & cunctando fregit. Eodem tēpore Roma cladib. semꝑ animosior, & Hānibalē sustinuit, & ꝑ Marcellū in Siciliam

Templum Delphicū. Templum Tolosanū. Motus varii populi Romani.

Roma totius Italiæ domina & reginā. Bella Romanorum extra Italiam. Primum bellum Punicum. Sicilia. Secūdum bellum Punicum.

cilia Syracusas patriam Archimedis Geometræ cepit: Post Cannensem pugnam Hannibal superbior factus ad ipsas vsq; portas vrbis Romæ, sed irrito conatu, accessit. Et Scipio Africanus non multo post, quam Carthaginis portas obsedisset, ad pacem petendam iterum Carthaginenses coegit, anno eius belli XVII. Neque diu post Hãnibal in vita mansit: sed in exilio in Bithynia apud Prusium regem hausto veneno, quum à Romanis ad mortem posceretur, anno ætatis LXX. ducum omnium præstantissimus atq; fortissimus. Idem Scipio aliquanto post etiam Carthaginem Hispanitam cœpit, & magnũ decus sibi comparauit, quod abstinuit à Captiua præstantissima & fortissima fœmina. Quia vero Carthaginenses totiens victi quiescere nolebant: exortum est tertium bellum Punicum, anno post finem secundi L. In illo Scipio Æmilianus anno eius belli quarto, totam euertit, incendit, & ardentem per dies XVI. continuos aspexit lacrymans, complexam in ambitu sex milliaria Germanica: vt diameter eius siue longitudo esset duarum milliariũ: Stetit annos DCC. condita ante vrbem Romam annis centum, & paulo amplius. Restituit autem eam post annos centum iterum Augustus & Iulius: Et euerterunt iterum aliquando Saraceni Africam inuadentes. Ac in his eius ruderibus Tunetam metropolici regni Tunetani erexerunt. Eam vrbem Hispanis, qui Saracenos domuerant, ereptam euertit totam anno Christi MDLXXIV. Selymus II. Turcarum Imperator. Corinthum Achaiæ superbam & contumeliosam in legatos Romanorum deleuit tuba præcinente

Tertium bellum Punicum.

Carthago à Scipione euersa.

Carthago à Saracenis iterũ deleta,

Mummius. Et Dux eorum Diæus domum suam incendit, coniugem interfecit, & se in ignem præcipitauit. Numantiam Hispaniæ decus obsessam annis continuis XV. Scipio Æmylianus Carthaginis euersor tandem domuit: quum ferreis Romanorum dentibus ex Daniele omnia conficerentur. Post hæc Cimbri ex oriente effusi in Italiam, quibus Tigurini & Teutones mixti fuerunt, postquam XXC. Romanorum millia trucidassent, cæsi à Mario fuere. Tunc etiam cæsus est Q. Capio à Gallis Tectosagibus, quibus bellum Romanorum nomine fecit, quod Cimbros adiuuissent, & pœnas dedit, quod templum Tolosanum, de quo supra meminimus, diripuit. Corinthus à Romanis euersa. Numantia euersa. Cimbri.

Exercuit vero bello omnium diutissime Romanos Mithridates Rex Ponti per annos vtpote XL. donec tribus ingentibus bellis subactus felicitate Syllæ, virtute Luculli, & magnitudine Pompeij consumeretur. Inde Pompeius digressus, & inuitatus dissidiis Pontificum Hierosolymam capit: & totam gentem Iudaicam tributariam fecit; anno ante natum Christum LX. Dehinc Iudæa gubernanda est tradita Herodibus & Præsidibus Romanis: donec improbitate Iudæorum & vrbs & gens Iudaica tota euerteretur. Bellum Mithridaticũ. Hierosolyma capta à Pompeio. Iudæi tributarii Rom. populi.

Cæsari fortuna Gallos & Germanos debellandos reseruauit. Heluetiorum in illis bellis trecenta & triginta millia interfecit. Germanorum vero, quos ductabat Ariouistus, etiam totidem millia interfecisse scribitur. Britannos paucorum dierum spacio vectigales fecit. Cæsaris bella.

Crassus. Et Vercentoriga Gallum hominem irrequietum & seditiosum deditione capit. Interea Crassus Romanus vno Cæsare atque Pompeio minor, à Parthis cum filio Publio & toto exercitu cæditur. Inde Roma quum deesset externus hostis, in seipsam conuersa, mutuis atq; intestinis armis & dissensionibus se laniat. Primi tribuni seditionum causas prabuerunt, dum plebem contra senatum concitant. post hos serui Capitolium occupant, & gladiatores pacem Imperij Romani turbant. Militabant autem in eo bello serui imperantibus gladiatoribus. Atque his motibus vix sedatis, Marius deinde & Sylla seculi sui decora, de imperio Romano decertarunt, non sine multa cæde multoque sanguine ciuium. Proximo mox anno Sylla phtairiasi perijt, quomodo Plato, Pherecydes etiam tragicus, & Spensippus: Catilinæ conspiratio contra senatum & Rempub. Romanam repressa fuit & oppressa consilio & sapientia & prouidentia Ciceronis, quem Patrem patriæ primum tunc nuncupauit.

Bella intestina Romanorum

Mariana & Syllana calamitas.

Catilianaria coniuratio.

Illa conspiratione vix repressa & oppressa, atrox bellum mouet Iulius cum Pompeio, quum quisq; vellet esse Imperator. Pompeius cæsus in Pharsalicis Thessaliæ campis, quum profugeret in Ægyptum, perfide necatus est à Dionysio Ptolomeo beneficiario suo sed interficitur paulo post à Iulio perfidus Dionysius. Conflagrat etiam tunc bibliotheca instructissima Ptolomei Philadelphi. Et extinguitur sua manu Cato Minor Vticæ in Africa, quum non vellet viuus venire in manus victoris Cæsaris. Interfecit se etiam eodem tempore Iuba Mauritaniæ rex Pompeij socius.

tius. Cneium alterum filium Pompei in fuga interficit Cæsar anno quarto post pugnam Pharsaliam. & in vrbem ingressus interficitur à Caßio & Bruto & confœderatis in Senatu, inflictis vulneribus XXIII. anno post fugam Pompeÿ sexto, ætatis vero LVI. Sublato Cæsare Antonius, consentiente Augusto, interfici iußit Ciceronē, anno ætatis LXIII. Prodidit autem Ciceronem Philologus libertus Quinti fratris Ciceronis. Dehinc victi sunt in Philippicis & Thessaliæ campis ab Augusto & Antonio communi opera Caßius & Brutus Cæsaris percussores. Posthac Antonius arma capit aduersus Augustum, incitatus ab vxore Fuluia. Augustus autem reconciliatus Antonio, tradit illi vxorem sororem Octauiam. Et vincit eius opera sextum alterū Pompeÿ filium, qui annis IIX. variis bellis exercuerat Romanos. Antonius autem repudiauit Octauiam demendatus amoribus Cleopatræ reginæ Ægypti. Vincit autē Augustus Antonium & Cleopatram, & simul ad mortem spontaneam compellit. Ab eo die, quo Antonius victus est, cœpit Octauÿ imperium, ac desinunt bella ciuilia. Cætera dehinc bella, extincto Antonio solus geßit Augustus. Contra Germanos autem duce Quintilio Varo infeliciter pugnauit Augustus. Quintilium cæcidit feliciter Arminius Cheruscus exercitatißimus princeps, & sic satis magnis viribus instructus.

Quintilius Varus. Monarchia Augusti Cæsaris

Tandem autem pacatis omnibus gentibus, pacem Augustus orbi reddidit, & multa recte atque vtiliter ordinauit. Et ad prouinciarum tutelam legiones XL. maximis sumptibus aluit. Regnauit

autem Augustus ab interitu Iulij annos L. & cœpit regnare annos ante Christum XLII. Et natus fuit Augustus ex Actia filia sororis Iulij: Ac hinc hostis fuit omnium interfectorum Iulij. Floruerunt autem Augusti tempore tum alij viri magni, sapientes ac literati, tum etiam Mecœnas Hetruscus eques, Virgilius & Horatius Seneca Philosopho antiquiores. Ac à Marco portio Catone (qui ante Ciceronem vixit anno CXXII.) & Scipione Africano maiore (cuius tempore Terentius floruit, minor aliquanto Plauto) perpetua quadam serie, vsque ad Augustum clarißima ingenia fulserunt. Ab eo tempore autem magis atque magis sermo Latinus vitiari cœpit: donec infusione Barbararum gentium in meram barbariem degeneraret. Ab Augusto etiam vsque ad Traianum, annum Christi centesimum, Romana potentia semper aucta creuit: sed sub Honorij & Valentiniani Tertij principatibus, anno Christi CDV. circiter, vix L. annorum interuallo imperium Romanum corruere cœpit infusione barbararum gentium: in quo acquirendo constituendo mille fere anni à Romulo vsque fuerunt consumpti.

Viri docti tempore Augusti.

Sermo Latinus vitiatur.

Imperii Romani ruina.

CHRO-

CHRONOLOGIA HISTORIÆ ROMANÆ AD Faſtos conſulares accommodata: ELIA REVSNERO LEORINO Auctore.

3214 1 *OMVLVS cum Remo fratre Romæ fundamenta poſuit XI. Kal. Maij. quo die olim Palilia celebrabantur. Plutarch. in vita Romuli pag. 8. Propert. lib 4. Ac primis quidem annis Remp. conſtituit legibus neceſſariis: & ludos publicos celebrauit, in quibus DCXXCII. Puellæ raptæ ſunt. Liuius lib. 1. dec. 1. & Dionyſ. lib. 2. & Plut. in Romulo.*

Cæninenſes, Antemnates, ac Cruſtomini à Romulo victi, vrbes amiſerũt, quæ Romanorum coloniæ factæ ſunt.

Acron Cæninenſium rex à Romulo interfectus; arma eius opima ſpolia Ioui Feretrio dicata.

Romulus primo triumphum egit. Mox Cruſtumerium captum, & colonia facta. Ciues horum oppidorum magna ex parte Romam migrarunt; ibique cum filiabus raptis vitam degere, quam domi ſuæ abſque eis eſſe maluerunt.

Vrbes multæ, & familiæ optimatum externarum gentium Romulo, ob famam eius celebrem, ſponte ſe ſubiecerunt.

Bellum Romuli cum Sabinis, annis tribus. Dio-

3218 4 nyſ.

A.M.	A.V.	REGES ROMANORVM.
		nyʃ.lib.2. Tarpei Sabinorum ʃcutis obruta, monti Tarpeio, qui nunc Capitolinus dicitur, nomen fecit.
		Roma ampliata, duobus montibus, Cælio & Quirinali, adiectis.
3230	16	*Fidenæ captæ, & colonia Romanorum factæ.*
		Camerini, qui ʃuperiore anno à Romanis victi fuerant, Romanos colonos partim cæciderunt, partim vi eiecerunt, à Romulo tamen iterum ʃubiecti ʃunt.
3235	21	*Romuli triumphus de Fidenatibus & Veientibus.*
3251	37	*De Romuli morte lege Dionyʃ.lib.II. Plutarch. in eius vita Pag.12. Liuium lib.2.dec.1.*
3252	38	*Interregnum Senatorum.*
3253	39	*NVMA POMPILIVS ʃecundus Rex Rom. creatus.*
3260	46	*Peſtis grauis vrbem & Italiam inuaʃit.*
		Pelta Æneæ de cœlo delapʃa in manus Numæ: ad cuius figuram vndecim aliæ fabricatæ ʃunt, quæ poſtea Ancilia dictæ, & Saliorum cuſtodiæ demandatæ ʃunt. Vide Liuium lib.1.dec.3. Plut. in eius vita pag.24.
3264	50	*Rubigalia feſta à Numa inſtituta. Plin. lib.18. c.29.*
		Cæterum Numa nullis bellis occupatus; omnem vitam inſtituendis ʃacris, & procurandis agricoliis, traduxit. Vir nũquam ʃatis digne laudatus: quemque Dionyʃius non veretur inter primos,

mos qui fama beatißimi ferūtur, annumerare. Ad Imperium Romanorum dignus visus est adhuc iuuenis: euocatus in regnum ob virtutis gloriam: tempus ætatis maximum confecit integer: nihil idem à fortuna conflictatus, placidißima morte obijt. Dionys. lib. 2. sub. fin. Est etiam notatu dignum, quod Plutarchus scribit, Numam anno duos menses, Ianuarium videlicet & Februarium, adiecisse: quum decem tantum mensibus antea fuissent contenti.

3296 82 TVLLVS HOSTILIVS tertius rex Romanorum creatus Auus eius Hostus Hostilius, vir bello acer, qui ob virtutem primus à Romulo frondea corona donatus est: quod Fidenas primus irrupisset. Plut. lib. 16. c. 4.

C. Cluilius Albanorū Imperator, Albanis suscipiendi belli contra Romanos auctor, violenta morte in castris obiit. Ei suffectus.

3304 88 Metius Suffetius in bello Fidenatium proditionem molitus: ob quam ab Hostilio Romanorum rege curribus alligatus, iisque in diuersum actis in duas partes discerptus est. Alba Longa paulo post diruta, & populus Romam traductus, quum stetisset annos 487. vt patet ex Dionysio.

3307 91 Fidenæ à Tullo obsessæ. Tullus triumphans Vrbem ingressus.

3312 96 Demarati Corintho ad Hetruscos migratio.

3318 102 Bellum Tulli cum Sabinis: Sabini victi: Romanis cruenta cessit victoria:

A.M.	A.V.	REGES ROMANORVM.
		Latinorum bellum cum Romanis quinquennale, quod non multum abfuit à latrocinio. Nullum enim memorabile damnum vtraque pars accepit.
3328	114	ANCVS MARTIVS, *Numæ ex filia nepos, Rex IV.*
3330	116	*Latini Martium bello lacessunt. Martius Politorium vi capiens, homines cum omni substantia Romam transfert: montemque Auentinum vrbi iungit.*
3336	122	*Martius Medulliam capit, Ficulniam euertit.*
3337	123	*Martius duce Tarquinio, qui post regnauit, pugnas aliquot cum Latinis committit.*
3338	124	*Fidenates à Martio deficiunt. Oppidum eorũ expugnatum & direptum.*
3339	125	*Sabini rebellantes, victi pacem petere coacti.*
3342	128	*Martius exercitum contra Veiẽtes ducens, victis hostibus triumphat.*
3343	129	*Veientes rebellantes denuo victi. Allas oppidũ Veientum captum.*
3344	130	*Tarquinius ob res egregie gestas in Patriciorũ Senatorumque album adscriptus.*
3346	132	*Velitræ obsessæ: Volsci rebellantes, imperata facere coacti.*
3350	136	*Sabini à Marcio victi, castris omnique præda exuti.*
3352	138	L. TARQVINIVS PRISCVS *quintus Romanorũ rex creatus.*
3355	141	*Apiole oppidum à Tarquinio captum, militibusque diripiendum datum.*

Tarqui-

A.M.	A.V.	REGES ROMANORVM.
		Tarquinius Crustumerium & Numantiam recipit: item Collatiam, cui fratruelem Aruntem Tarquinium, qui Egerij cognomentum tulit, præfecit, Hinc Tarquinij Collatini descendunt. Post hæc Corniculum captum & incensum est.
3361	147	Tarquinius ad ornatum Vrbis animum adiiciens: forum officinis, tabernisque & aliis ornamentis decorauit, cloacas ad deuehendas sordes in Tyberim fieri fecit: muros vrbis lapide secto ad regulam construxit: circum maximum inter Auentinum & Palatium extruxit.
3367	153	Latini à Tarquinio victi, potentes in amicitiam & societatem Romanorum accipiuntur.
3368	154	Sabini contra Tarquinium exercitum ducunt: infecta re vtrinque, discedunt. Mox bellum magnis vtrinque viribus restauratum. Pons Sabinorum industria Tarquinij concrematus: castra capta & direpta petentibus sex annorum induciæ datæ.
3371	157	Hetruscorum contra Tarquinios bellum nouennale.
3379	165	Sabinorum cum Romanis bellum quinquennale: in quo Seruius Tullius, qui postea regnauit, maxima virtute excelluit; alæque præfectus fuit: vt scribit Vopiscus.
3380	166	Sabini à Tarquinio maxima clade affecti, rebellare in posterum desperarunt. Qua de causa Tarquinius triumphum egit: eosque in amicitiam, quam eum Hetrusciæ principem facerent, recepit.

A.M.	A V.	
3386	172	*Sabinorum magna cædes facta: pax petentibus data: ipsi in amicitiam recepti. Secundus triumphus Tarquinij.*
3387	173	*Capitelij, aliorumque templorum loca designata.*
3390	176	*SERTIVS TVLLIVS sextus Romanorum rex creatus. Primum autem atque regnum suscepit, Hetruriæ ciuitates à Romanis defecerunt, & viginti continuis annis fortunam subinde tentantes omnibus à Seruio prælijs victi sunt, donec tandem clade maxima accepta, principatum ei obtulerunt.*
3410	196	*Pax cum Hetruscis facta.*
3430	216	*Nuptiæ Tulliæ Serui regis filiæ, cum fratri mariti sui sceleratissimæ, quum illa quidem Aruntem Tarquinium virum optimum; hic vxorem virtutis amantissimam veneno peremisset.*
3434	220	*TARQVINIVS SVPERBVS vltimus rex Romanorum, regnum tyrannice inuasit.*
3458	244	*Tarquinius vrbe eiectus, & summa rerum ad Cõsules delata.*

CONSVLES ROMANI

A.M.	A V.		
3458	244	*L. Iunius Brutus. Huic in bello caso suffectus Sp. Lucretius pater Lucretiæ, qui paulo post obiit cui successit M. Horatius Puluillus.*	*L. Tarquinius Colatinus, maritus Lucretiæ, cui propter suspiciones quasdã abdicare coacto suffectus P. Valerius Poplicola. Vide Plutarch. in eius vita.*

Fo-

A.M.	A.V.	REGES ROMANORVM.
		Fœdus cum Pœnis.
3459	245	*P.Valerius Poplicola II. T.Lucretius Tricipitinus.* Roma à Porſenna obſeſſa. Horatius Cocles virtutis ſpecimen edit.
3460	246	*P.Valerius Poplicola III. M.Horatius Puluillus II.* Capitolium Romæ dedicatum. M.Scæuola virtutis ſuæ ſpecimen edit,
3461	247	*SP.Lartius Flauus vel Ruffus. T.Herminius Aquilinus.* Horum Coſſ. nomina à Liuio & Plutarcho iniuria temporum fortaſſe vetuſtatis omiſſa, ex Dioniſio ſunt appoſita.
3462	248	*M.Valerius Valeſus, Fr.Poplicolæ. P.poſthumius Tubertus II.* Sabini Romanos laceſſentes victi Plut. in Poplicola.
3463	249	*P.Valerius Poplicola IV. T.Lucretius Tricipitanus.II* Appius Claudius Sabinus cum 5000. Sabinorum, eorumque familiis Romam migrat. Plut.in Poplic.
3464	250	*P. Poſthumius Tubertus II. Agrippa Menenius Lanatus.* P.Valer.Poplicola moritur.
3465	251	*SP.Caſſius Viſcellinus. ab hoc Sabinopiter* *Virginius Tricoſtus. invicti pacem rogarunt.*
3466	252	*Poſthumius Cominius Auruncus. T.Lartius Flauus vel Ruffus.* Dictator T. Largius. Magiſter equitum SP. Caſſius Latino Sabinoque bello impendente re-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		te respondit XL. populis in Romanos coniuratis, concitante Octauio Mamilio Tusculano, Tarquinij genero, quî cum exulabat.
467	253	*Ser. Sulpitius Camerinus. M. Tullius Lõgus.* Coniuratio de reducendo Tarquinio detecta.
468	254	*T. Æburtius Helua. P. Vetusius Geminus.* A. Posthumii Dict. victoria & triumphus ad lacum Regillum de Latinis & exulibus Tarquiniis in quo prælio Mamilius Tarquinii gener occubuit,
469	255	*T. Lautius Flauus II. Q. Clelius Siculus.* Pythagoras Euseb.
470	256	*A. Sempronius Atratinus. M. Minutius Augurinus.* Saturnalia festa instituta, Dionys. lib.6,
471	257	*A. Posthumius Albus Regillensis. T. Virginius Tricostus.* Dictator T. Lartius II.
472	258	*M. Claudius Sabinus. P. Seruilius Priscus, qui Volscos & Sabinos hoc anno vicit.* Tarquinij mors. Tumultus plebis contra patres ortus, vel repressus populari creatione Seruilii.
470	259	*A. Virginius Cœlimontanus. T. Veturius Geminus* Secessio plebis in Sacrum montem. Placatur concessis Tribunis. M. Valerius Dictator Sabinos præclara pugna vicit. Deuicti & volsci à consule.
474	260	*Posthumus Cominius Auruncus II. SP. Cassius Viscellinus II.*

T. Gega-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3475	261	*T. Geganius Macerinus. P. Minutius Augurinus.*
		Pestilentia & fames Vrbem affligunt.
3476	262	*M. Minutius Augurinus II. A. Sempronius Atratinus II.*
		Cn. Martius Coriolanus exilio damnatus.
3477	263	*Q. Sulpitius Camerinus Cornutus. Sp. Lartius Flauus II.*
		Huius & sequentis anni consulum nomina ex Dionysio sunt apposita, omissa nimirum à Liuio.
3478	264	*C. Iulius Iulus. P. Pinarius Mamercinus.*
		Volsci Romanis duce Coriolano bellum indicunt.
3479	265	*Sp. Nantius Rutilus. Sex. Furius Fusus.*
		Roma à Volscis & Coriolano obsessa, mulierum precibus liberatur.
3480	266	*C. Aquilius Thuscus. T. Ticinius Sabinus.*
		Coss. de Herniceis & Volscis triumphant.
3481	267	*Proculus Virginius Tricostus. Sp. Cassius Viscellinus III.*
		Cum Æmilio fœdus ictum. Lex Agraria prima lata. Pindarus Poeta Lyricus floret.
3482	268	*Q. Fabius Vibulanus. Sex Cornelius Maluginensis*
		Latini rebellunt.
3483	269	*R. Fabius Vibulanus. L. Aemilius Mamercus.*
		Volsci & Æqui ab Aemilio victi.
4384	270	*M. Fabius Vibulanus. L. Valerius Potitus Volusus.*
3485	271	*Q. Fabius Vibulanus II. C. Iulius Iulus.*
3486	272	*R. Fabius Vibulanus II. Sp. Furius Fusus.*
		Initium regni Xerxis Persarum Monarchæ.

M. Fa-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3487	273	*M.Fabius Vibulanus II. Cn.Manlius Cincinnatus, vel Vulso.* Graue bellum cum Veientibus & Hetruscis cõmissum. Fabius Consul triumphum partim ob ciuium Romanorum multitudinem, partim ob collegam suum, & fratrem; & Fabium consularem, qui eo bello periere, recusauit.
3488	274	*R.Fabius Vibulanus III. T.Virginius Tricostus Rutilus.*
3489	275	*L.Æmilius Mamercus II. C.Seruilius Structus Ahala*
3490	276	*C.Horatius Puluillus. T.Menenius Langtus.* Trecenti Fabii cæsi.
3491	277	*A.Virginius Rutilus. Sp.Seruilius Structus.*
3492	278	*Cn.Nautius Rutilus. P.Valerius Poplicola, triumphauit de Veientib. Sabinis, & Hetruscis.*
3493	279	*L.Furius Medullinus. A.Manlius Vulso.* Induciæ Veientibus ad annos XL. datæ.
3494	280	*A.Aimilius Mamercus III. Vopiscus Iulius Iulus.* Seditio propter legem Agrariam: Euripides & Sophocles florent.
3495	281	*L.Pinarius Mamercinus. P.Furius Fusus.*
3496	282	*T.Quinctius Capitolinus. App.Claudius Sabinus.* Seditio aduersos patres.
3497	283	*L.Valerius Potitus II. T.Aemilius Mamercinus.* Bellum cum Sabinis & Æquis.
3498	284	*T.Numitius Priscus. A.Virginius Cœlimõtanus.*
3499	285	*T.Quinctius Capitolinus II. Q.Seruilius Priscus.*

T.Aimi-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.	
3500	286	*T. Aimilius Mamercinus II.*	*Q. Fabius Vibulanus, qui solus adhuc reliquus fuit ex Fabiorũ familia.*
3501	287	*Q. Seruilius Priscus II.*	*Sp. posthumus Albus Regilensis.*
3502	288	*T. Quinctius Capitolinus III.*	*Q. Fabius Vibulanus II.*
		Census actus.	
3503	289	*A. Posthumius Regillensis.*	*Sp. Fusius Medullinus Fusus.*
		Romanorum periculosum & acre bellum cum Æquis.	
3504	290	*P. Seruilius Priscus.*	*L. Æbutius Helua.*
		Pestilentia grauis oborta, qua vterque consulum periit. Vrbs item à Volscis & Æquis obsessa.	
3505	291	*T. Lucretius Tricipitinus triumphauit de Æquis.*	*Sp. Veturius Crassus de Volscis ouans sine militib. vrbem ingressus.*
3506	292	*P. Volumnius Amintinus Gallus.*	*Ser. Sulpitius Camerinus.*
		Carne pluit.	
3507	292	*P. Valerius Poplicola II. cui in oppugnatione Capitoli interfecto, suffectus est L. Quinctius Cincinnatus*	*C. Claudius Sabinus. M.F.*

Her

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Heidonius Sabinus, adiunctis sibi 4000. seruorum & exulum Capitolium occupat. sed eo à Romanis recuperato, ipse interfectus est.
3508	294	*Q. Fabius Vibulanus* III. *de Æquis triumphat.* *L. Cornelius Malugi-nensis, de Volscis Antiatib. triumphat.*
		Census actus.
3509	295	*L. Minutius Augurinus.* *C. Nautius Rutilus* II.
		L. Quinctius Cincinnatus Dictator, Magistrũ equitum sibi L. Tarquinium cooptauit: Æquos vicit, & subiugauit.
3510	296	*C. Horatius Puluillus* II. *Q. Minutius Augurinus*
		Seditio. Decem tribuni plebis primum creati.
3511	297	*M. Valerius Maximus.* *Sp. Virginius Cælimontanus.*
		Seditio propter legem Agrariam.
3512	298	*T. Romilius Vaticanus.* *C. Veturius Cicurinus.*
3513	299	*Sp. Tarpeius Capitolinus.* *A. Aterius Fõtinalis.*
		Legati Athenas missi, legum Solonis scribendarum gratia.
3514	300	*Sex. Quinctilius Varus.* *P. Horatius Tergeminus.*
		Fames & pestis vrbem affligunt.
3515	301	*T. Menenius Lanatus.* *P. Sextius Capitolinus.*
		Legati cum legibus Solonis reuersi.
3516	302	*Appius Claudius Craßinus.* *T. Genutius Augurinus.*
		Hi abdicarunt, vt legum scribendarum causa designarentur Decemuiri consulari potestate, sine prouocatione.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		App. Claudius. T. Genutius. P. Sextius. SP. Veturius. C. Iulius Iulus. A. Manlius. Ser. Sulpitius Camerinus. Sp. Posthumius Alb. P. Oratius vel Curiatius. T. Romilius Vaticanus.
3517	303	*App. Claudius II. L. Minutius Augurinus. M. Corn. Maluginensis. M. Sergius. Q. Fabius Vibulanus. Q. Patilius. T. Antonius Merenda. Caeso Duillius. Sp. Oppius Cornicen. II. M. Rabuleius II.* Duodecim Tabularum leges.
3518	304	*Iidem X. viri.* L. Virginius filiam interemit, quo eam liberaret ab Appii Claudij Decemuiri libidine. Ob quod scelus Appii, secedit plebs secundo in Auentinum. Decemuiri abdicati. Ad cõsules recidit Respub. nõdum finito anno: eiectique. *M. Horatius Barbatus. L. Valerius Potitus.*
3519	305	*Lar. Herminius Exquilinus. T. Virginius Caelimontanus Tricostus.*
3520	306	*M. Geganius Macerinus. C. Iulius Iulus.*
3521	307	*Agrippa Furius Fusus. T. Quinctius Capitolinus IV.*
3522	308	*M. Genutius Augurinus. C. Curtius Medulinus Fusus.*
3523	309	*Mutatur iterum Reip. status: & pro Coss. eliguntur Tribb. militum consulari potestate numero tres: L. Attilius Longus, T. Cloelius Siculus, A. Sempronius Atratinus. Qui ante finem anni magistratum deponentes, locum denuo Coss. fecerunt. Post quartum itaq; mensem fere Coss. electi.*

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		L.Papyrus Mugilanus. L.Sempronius Atratinus. Hic desinit Historia Dionysii Halicarnassæi.
3524	310	*M.Geganius Macerinus II. T.Quinctius Capitolinus V.* *Clortium Volscorum Imp. vicit, captumque in triumpho duxit.* *De Quinctio memorabile est, quod Liuius scribit lib. 4. dec 1. Æquauit (inquit) quod haud facile est, Quinctius Consul togatus armati gloriam collegæ, qua concordia pacisque domesticã curam in ea infimis summisq; moderando ita tenuit: vt eum & patres seuerum cõsulem; & plebs satis comem crediderint; & aduersus tribunos auctoritate plura quam certamine tenuit, &c.*
3525	311	*M.Fabius Vibusanus. P.Æbutius Helua Cornicẽ.*
3526	312	*C.Furius Pacilus. M.Papyrius Crassus.*
3527	313	*Proculus Geganius Macerinus. L.Menenius Lanatus II.* Terræ motus accidit. Fames maxima Romam oppressit adeo, vt multi inopia commeatuum coacti sese in Tiberim præcipitarint. Sp. Melius insinuat se largitionibus in gratiam plebis.
3528	314	*T. Quinctius Capitolinus VI. Agrippa Menenius Lanatus.* Sp.Melius regnũ affectans trucidatur. L. Quinctius Cincinnatus Dictator iterum.
3529	315	*M.Aimilius Mamercinus. L Quinctius Cincinnatus. L. Iulius Iulus.* *Tribuni Mil.*

M.Giga-

3530 316 *M. Geganius Mamercinus* III. *L. Sergius Fidenâs.*

M. Æmilius. Mamercinus Dictator, triumphum de Veientibus, Faliscis. & Fidenatibus.

3531 317 *M. Cornelius Maluginensis.* *L. Papyrius Crassus.*

Terrę motus, & pestis.

3532 318 *C. Iulius Iulus* II. *L. Virginius Tricostus.*

Hoc anno qui fuit superiore pestilentior, creatus Dictator Q. Seruilius Priscus Fidenæ idem captæ Romanorum colonia, quæ *A.* V. 316 à Romanis ad Veientes defecerat, & Romanos legatos causam defectionis quærentes violaret.

3533 319 *C. Iulius Iulus* III. *L. Virginius Tricostus* III.

Mamercus Aimilius *II.* Dictator, ob imminēs ab omni Hetruria periculum. Sed quum fieret repente tranquillitas, ipse ne frustra Dictator creatus esset sed dictaturæ aliquod relinqueret monumentum: quinquennalem cēsuræ dignitatem in annuam ac semestrem redegit

3534 320 *M. Fabius Vibulanus. M. Fossius Flaccinator. L. Sergius Fidenâs. Trib. Mil.*

Pestis & fames. Socrates floret.

3535 321 *L. Pinarius Mamercinus. L Furius. Medulinus. Sp. Posthumius Albus. Trib. Mil.* III.

3536 322 *T. Quinctius Penus Cincinnatus. C. Iulius Mento,*

A Posthumius Tubertus Dictator propter bellū cum Æquis & Volscis de hostibus triumphum egit.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3537	323	*L.Papyrius Crassus II. L.Iulius Iulus.* Volsci victi, capti, & venditi.
3538	324	*L.Sergius Fidenâs II. Hostius Lucretius Tricipitinus.*
3539	325	*T.Quinctius Pennus Cincinnatus II. A.Cornelius Cossus.* In Italia magna siccitas.
3540	326	*C.Seruilius Axilla Structus. L.Papyrius Mugilanus II.* vel Ahala.
3541	327	*A.Cornelius Cossus. T.Quinctius Pennus Cincinnatus. C.Furius Pacillus. M.Posthumius. Quatuor Trib.Mil.* Romani à Veientibus fusi: cuius cladis causa fuit dissidium Tribunorum. Memorabile autem est, quod inquit Liuius: hi documento fuere, quam plurimum imperium bello inutile esset: tendendo ad sua quisque consilia, quum aliud alii videretur, aperuerunt ad occasionem locum hosti. Post hanc cladem Dictator creatus Mam. Aimilius: de victis Fidenatibus, qui iterum ad Veientes defecerant, triumphauit.
3542	328	*A.Sempronius Atratinus. L.Furius Medullinus. L.Quinctius Cincinnatus II. L.Horatius Barbatus. Trib.Mil.IV.* Veientibus. XX. annorum induciæ datæ Æquis triennij.
3543	329	*Appius Claudius Crassus. L.Sergius Fidenâs. Sp. Nautius Rutilus. Sex. Iulius Iulus. Trib. Mil.IV.* Artaxerxes Longimanus mortuus.

C.Sem-

3544	339	*C.Sempronius Atratinus. Q.Fabius Vibulanus.* Pugna cum Volſcis ad Verruginem.
3545	331	*L.Manlius Capitolinus: L.Papyrius Mugillanus. Q.Antonius Merenda. L.Seruilius Structus Trib. Mil.IV.*
3546	332	*N.Fabius Vibulanus. T.Quinctius Capitolinus Barbatus.* Æqui rebelles fuſi: Lex Agraria motum in populo concitat.
3547	333	*T.Quinctus Cincinnatus II. L. Furius Medullinus III. M.Manlius Capitolinus. A. Sempronius Atratinus II.Trib.Mil.IV.* Cumæ à Campanis captæ.
3548	334	*Aprippa Menenius Lanatus. Sp. Nautius Rutilus II. P. Lucretius Tricipitinus. C. Seruius Axilla. Trib.Mil.IV.*
3549	335	*L.Sergius Fidenâs II. C.Seruilius Axilla II. M. Papyrius Mugillanus Trib.Mil. III.* Q. Seruilius Priſcus Dictator creatus, Æquos Lauicanos vicit Lauicos oppidum cepit, & coloniam eo deduxit.
3550	336	*L. Seruilius Structus. P.Lucretius Tricipitinus II. Agrippa Menenius Lanatus II. Sp. Veturius Craſſus. Trib. Mil.IV.*

A.M	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3551	337	*A.Sempronius Atratinus* III. *M Papyrius Mugilanus* II. *Sp.Nautius Rutilius.* II. *Trib.Mil.*
3552	338	*P.Cornelius Cossus.* *T. Quinctius Cincinnatus.* *C.Valerius Potitus.* *C. Martius Rutilus* *N.Fab. Vibulanus.T.M.V.* Volæ captæ.
3553	339	*Q Fabius Vibulanus* II. *L.Valerius Potitus.* *Cn.Cornelius Cossus.* *P. Posthumius Regillensis.* *Trib.Mil.IV.* Æqui volas recipiunt A.Posthumius Trib. militum propter arrogantiam lapidibus obrutus.
3554	340	*L.Furius Medulinus, Volscos* *M.Cornelius Cossus.* *vicit, Ferentinum cepit.*
3555	341	*Q.Fabius Ambustus,* *C.Furius Pacillus.* Pestilentia & fames.
3556	342	*M. Papyrius Mugillanus.* *C. Nautius Rutilus* pestis & fames continuatæ: validior tamen fames fuit.
3557	343	*M.Aimilius Mamercinus.* *C.Valer.Potitus Volusus, de Æquis triumphat.*
3558	344	*C Cornelius Cossus.* *L Furius Medulinus.* II.
3559	345	*C.Iulius Iulus.* *P.Cornelius Cossus.* *C.Seruilius Ahala. Trib.Mil.* III. Bellatū cum Volscis & Æquis. P. Corn. Rutilus Cossus Dictator triumphum egit.

C.Vale-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3560	346	*C.Valerius potitus II. C. Seruilius Abala II.*
		L.Furius Medulinus II. N. Fabius V bulanus II. Trib.Mil.IV.
3561	347	*P.Cornelius Coßus. L. Valerius Potitus II.*
		Cn.Cornelius Coßus N.Fabius Am.bustus.Trib. Mil.IV.
		Anxur oppidum Vol'corum, Volsco bello captum. Stipendium ex publico primo datum.
3562	348	*C. Iulius Iulus* II. *M. Aimilius Mamercinus.*
		T.Quinctius Capitolinus. Q. Quinctius Cincinnatus.
		A.Manlius Vulso. L.Furius Medullinus II. *Trib. Mil.VI.*
		Veii obsessi, quæ obsessio durauit decem annos sicut Troiana.
3563	349	*P.Cornel.Maluginensis. C.Valerius Potitus.*III.
		M.Sergius Fidenas. Cn.Cornelius Coßus II.
		*K.Fabius Ambustus*II. *Sp. Nautius Rutilus*III. *Trib.Mil.VI. alio nomine à Liuio Tribuni consulares appellantur.*
3564	305	*M.Aimilius Mamercinus. M. Furius Fusus*
		L.Valerius Potitus III. *Ap.vel.P. Claudius Crassinus.*
		M.Quinctilius Varus. L. Iulius Iulus Trib. Mil. VI.
		Equites primum mereri equis cœperunt stipendia. Liuius lib 5.dec. 1.
3565	351	*C.Seruilius Abala* III. *Q. Sulpititus Cornutus.*
		Q Seruilius Fidenâs. L. Virginius Tricostus.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		A.Manlius II. *M.Sergius Fidenâs* II. *Tr.Mil.VI.*
		Castra quibus Sergius Trib. mil. ad Veios præcat, à Capenati Falisco & Veienti hoste expugnata.
3566	352	*M.Furius Camillus* II. *L.Iulius Iulus.*
		L.Valeriꝰ Potitus IIII. *M.Aimil.usMamerciuꝰ* III
		Cn.Cornelius Cossus II. *K.Fabius Ambustus* III. *Trib.Mil.VI.*
3567	353	*L.Publilius Volscus.* *P.Malius Capitolinus.*
		L.Titinius. *P.Mænius.*
		Sp.Furius Medulinus. *P.Licinius Caluus primus ex plebe* Trib. *Mil. VI.*
		*A*nxur receptum. Frigus maximum, quod grauis pestilensq; omnib. animalibus excepit æstas.
3568	354	*M.Pomponius.* *L.Attilius Longus.*
		C.Duillius. *N.Veturius.*
		Volero Publius Philo. *Cn. Genutius Augurinus Trib.Mil.VI.*
		Xenophō Historicus, & Diogenes Cynicus clarēt.
3569	353	*L.Valerius Potitus V.* *L.Furius Medulinus* III.
		M.Valerius Maximus. *M.Furius Camillus* II.
		Q.Seruilius Fidenâs II. *Q.Sulpitius Camerinus* II. *Trib.Mil.VI.*
3570	356	*L.Iulius Iulus* II. *L.Sergius Fidenas.*
		L Furius Medulinus IIII *A.Posthumiꝰ Regillēsis.*
		P.Cornel Maluginensis *A. Manlius Capitol. Trib.Mil.VI.*
		Vitio facti abdicarunt.
3571	357	*Cn.Genutius Augurinus.* II. *P.Malius Capitolinus* II.
		L.Titinius. II. *P.Licinius Caluus.*

P.Ma-

A M.	A.V.	CONSVLES ROMANI
		P.Manius II. *Lucius Attilius Longus*. II. *Trib. Mil*.
		Veii capti. M Furius Camillus Dictator clarissimum de hostibus triumphum inuexit.
3572	358	*P.Cornelius Cossus*. *L.Furius Medullinus*. *V*. *P.Cornelius Scipio*. *M.Valerius Maximus* II. *Cæso Fab.Ambustus* III. *Q.Ser.Fidenâs* III. *Trib. Mil.VI*.
3573	359	*M.Furius Camillus* III. *A.Valerius Poplicola*. *L.Furius Medulinus VI*. *C.Aimilius Mamercinus*. *Sp.Posthumius Albinus*. *P.Corn.Scipio* II. *Trib. Mil.VI*.
		Camillus trib. Mil. Faliscos obsedit: eosque non tam vi quam virtutis suæ admiratione in potestatem populi Romani redegit: repulsa videlicet perfidia pædagogi, qui Faliscorum pueros in castra eius eduxerat.
3574	360	*L.Lucretius Flauus*. *Ser. Sulpitius Camerinus*. *Coss*.
		Æqui à L.Lucretio Cos. acie victi.
3575	361	*L.Valerius Potitus*. *M.Manlius.Capitolinus.Coss*.
		Æqui prius fusi in Algido, quam manus conferent. Valerio, quod perseuerantior cædendis in hostibus fuit, triumphus: Manlio, vt ouans ingrederetur vrbem, decretum. Fames & pestis.
3576	362	*L.Lucretius Flauus*. *M. Aimilius Mamercinus*. *Ser.Sulpitius Camerinus*. *L. Furius Medulinus VII*. *Agrippa Furius Fusus*. *C.Aim. Mamercinus*. *Trib Mil.VI*.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Volſcinenſes victi. Camillus in exilium miſſus. Cluſini à Gallis obſeſſionem Rom. implorant.
3577	363	*Q. Sulpitius Longus.* *Q. Fabius Ambuſtus.* *K. Fabius.* *C. Fabius.* *Q. Seruilius Fidenâs* IIII. *Ser. Cornelius Maluginenſis Trib. Mil. VI.*
3578	364	*M. Furius Camillus per annum dictator, & Solus, vrbe à Gallis Senonibus capta, de Gallis triumphat.*
3579	365	*L. Virginius Tricoſtus.* *L. Poſthumius Albinus.* *L. Valerius Poplicola* II. *P. Cornelius.* *A. Manlius Capitolinus.* *L. Aim. Mamercinus, Trib Mil. VI.* Camillus III. Dictator: Volſcos ad deditionem ſubegit: Æquos & Hetruſcos vicit: Sutrium cepit eodem die, quo ab hoſtibus Hetruſcis captum fuerat Roma reædificata: intraque annum noua vrbs ſtetit.
3580	366	*T. Q. Cincinnatus.* *L. Aquilius Coruus.* *Q. Seruilius Fidenâs V.* *L. Iulius Iulus.* *L. Lucret. Tricipitinus* II. *Ser. Sulpitius Rufus, Trib. Mil.*
3581	367	*L. Papyrius Curſor.* *L. Menenius Lanatus.* *C. Sergius Fidenâs.* *L. Aimilius Mamercinus.* II. *L. Valer. Poplicola* III. *C. Cornelius Trib. Mil. VI.*
3582	368	*Ser. Cor. Maluginenſis.* III. *T. Quinctius Cincinnatus.* *M. Furius Camillus* IIII. *Q. Seruilius Fidenâs VI.* *L. Oratius Pulu illus.* *P. Valerius Potitus Poplicola. Trib Mil VI.* M. Camillus tribunus vna cum collegis Volſcos Antiates atque Hetruſcos rebellantes vicit.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3583	369	*A. Manlius Capitolinus. T. Quinctius Capitolinus. L. Quinctius Capitolinus. L. Papyrius Cursor* II. *P. Cornelius. C. Sergius Fidenâs. Trib. Mil. VI.*
		A. Cornelius Cossus Dictator. Manlius aduersus Camillum seditionem mouet.
3584	370	*M. Furius Camillus V. Ser. Sulpitius Rufus* II. *Ser. Corn. Malugin.* III. *P. Valerius Potitus* II. *C. Papyrius Crassus. T. Quinct. Cincin.* II. *Trib. Mil. VI.*
		Manlius de Saxo Tarpeio deiectus. pestis Romã affligit. Aristoteles natus: Gellius lib 17. c. 12.
3585	371	*L. Valer. Poplicola* IIII. *M. Trebonius Flaccus. L. Aimil. Mamercinus* III. *A. Manlius Capitolinus* III. *Ser. Sulpitius Rufus* III. *L. Lucretius Tricipitinus* II.
3586	372	*Q. Seruilius Fidenâs. Sp. Papyrius Crassus. L. Papyrius Crassus. L. Aimil. Mamercinus* IIII. *Ser. Sulpitius Prætextatus. Ser. Corn. Malugin. Trib. Mil. VI.*
3587	373	*L. Lucretius Tricipitinus.* III. *M. Furius Camillus VI. L. Furius Medulinus. A. & L. Posthumij Regillenses. Trib. Mil. VI.*
		Camillus prænestinos & Volscos vicit: & Tusculanos, quibus bellum indictum erat, in fidem recepit.
3588	374	*L. Valerius Poplicola. V. P. Valerius Potitus.* III. *C. Sergius Fidenâs* III. *L. Menenius Lanatus.* II.

Sp.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Sp. Papyrius Cursor. *Ser. Corn. Malugin. V. Trib. Mil. VI.*
		T. Quinctius Cincinnatus, ob prænestinorum in agrum Romanum irruptionem, Dictator creatus: qui fugatis ad Alcam Prænestinis, & Præneste ipso capto, triumphum de iis nobilissimum egit.
3589	*375*	*P. Manlius Capitolinus.* *M. Albinius.* *C. Manlius Capitolinus.* *L. Iulius Iulus.* *L. Antistius.* *C. Sextilius Trib. Mil.*
3590	*376*	*Q. Seruilius Fidenâs* II. *P. Clœlius Siculus.* *Sp. Furius Medulinus.* *C. Licinius Caluus.* *M. Oratius Puluillus.* *L. Geganius Macerinus, Trib. Mil. VI.*
3591	*377*	*L. Aimilius Mamercinus V.* *L. Quinctius Cincinnatus.* II. *C. Quinctius Cincinnatus* *P. Valerius Potitus* IIII. *Ser. Sulpitius Prætext.* II. *C. Veturius Crassus Cicurinus Trib. Mil.*
		Latini & Volsci ad Satricum à P. Valerio & L. Aimilio tribunis fusi: castra capta, direptaque.
3592	*378*	*Solitudo magistratuum per quinquennium, Licinio Stolone & L. Sextio Laterano tribunis plebis intercessione perpetua comitia interturbantibus, dum sedulo à patribus resistitur, ne legem de cōmunicando cum plebe consulatu, de agrorum modo, de fœnere minuendo perferrent. Itaque C. Licinius Caluus & L. Sextius Lateranus per totum hoc quinquennium tribunatum plebis gessere.*
		L. Furi-

|---|---|---|---|
3597	383	L. Furius Medulinus II.	P. Valerius Potitus Poplicola V.
		C. Valerius Potitus	Ser. Corn. Maluginensis VI.
		A. Manlius Capitolinus.	S. Sulp. Præt. III. Trib. Mil. VI:
3598	384	Q. Seruilius Fidenâs III.	M. Cornelius Maluginensis.
		A. Cornelius Cossus.	C. Veturius Crassus.
		Q. Quinctius Cincinnatus.	M. Fab. Ambustus. Trib. Mil.
3599	385	L. Quinctius Capitolinus.	Sp. Seruilius Structus.
		Ser. Corn. Malugin. VII.	L. Papyrius Crassus.
		Ser. Sulpit. Prætext. IIII.	L. Veturius. Crassus Cicurinus. Trib. Mil. VI.
		Contentio de tribus legibus. M. Furius Camillus IV. Dictator.	
3600	386	A. Cornelius Cossus II.	L. Veturius. Cr. Cicurinus. II.
		M. Corn. Maluginensis II.	P. Val. Potitus Poplicola VI.
		P. Manlius Capitolinus II.	M. Geganius Macerinus Trib. Mil.
		Camillus V. Dictator in agro Albano Gallos vicit & triumphauit. Lex de communicando cum plebe consulatu concessa.	
3601	387	L. Aimilius Mamercus.	L. Sextius Lateran. primus ex plebe Consul.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Duo simul tribus magistratus instituti, Prætura & Æditlitus, quos honores patritii sibi quæsiuere pro concesso plebi altero consulatu.
3602	388	*L. Genutius Auentinensis. Q. Seruilius Ahala.* Camillus moritur item pestis.
3603	389	*C. Sulpitius Peticus. C. Licinius Caluus.* Pestis.
3604	390	*L. Aimilius Mamercinus. Cn. Genutius Auentinensis.*
3605	391	*Q. Seruilius Ahala* II. *L Genutius Auentinẽsis* II. *in Hernicos profectus, ab iis insidiis circũuẽtus occisus est. Ea de causa Appius Claudius Dictator creat*⁹. Acris pugna Romanorum & Herniciorum. M Curtius in speluncam armatus se coniicit.
3606	392	*C. Sulpitius Peticus* II. *L. Licinius Caluus*. II. Bellum Gallicum: item Monomachia T. Manlii cum Gallo, de qua vide Gellium lib. 9. c. 13.
3607	393	*M. Fabius Anbustus. C. Petilius Libo Visolus.* Q. Seruilius Ahala Dictator Gallos ante portam collinam fudit & fugauit, fugatos procul Tibure excepit C. Petilius Cos., vnaque cum Tiburtibus, gressis ad opem ferendam Gallis, intra portas cõpulit deque eis geminum triumphum egit. M Fabius quoque Hernicis deuictis ouans vrbem ingreditur.
3608	394	*M. Popilius Lanas. Cn. Manlius Capitol. imperiosus.*
3609	395	*C. Fabius Ambustus. C. Plautius Proculus.*

Fabius

Fabius incaute cum Tarquiniensibus pugnauit. Plautius Hernicos peruicit & fugauit. Dictator creatus C. Sulpitius Peticus Gallos denuo superauit: nec alius post Camillum, quam hic, dictator de Gallis iustiorem triumphum egit, teste Liuio.

Alexander Magnus natus XIII. die Augusti; & templum Dianæ Ephesi incendio deletum.

3610 396 *C Manlius Capitolinus Imperiosus II. C Martius Rutilus, priuernates vicit, illorumque vrbem in deditionem accepit.*

3611 397 *M. Fabius Ambustus* II. *M. Popilius Lanas* II.

C. Martius Rutilus primus ex plebe Dictator dictus, de Tarquiniensibus Faliscisque triumphauit.

3612 398 *C. Sulpitius Peticus* III. *M. Valerius Poplicola.*

3613 399 *M. Fabius Ambustus* III. *T. Quinctius Barbatus, vel Pennus Capitolinus Crispinus.*

De Tiburtibus triumphatum.

3614 400 *C. Sulpitius Peticus IV. M. Valerius Poplicola.* II.

T. Manlius Torquatus Dictator Cæritibus, bellum indixit, qui veniam petentes, in cĕtum annos inducias impetrarunt.

3615 401 *P. Valerius Poplicola.* C. *Martius Rutilus* II.

C Iulius Iulus Dictator.

3616 402 *C. Sulpitius Peticus. V. T. Quinctius Pennus cincinatus.*

M. Fabius Ambustus Dictator.

Faliscis & Tarquiniensibus in annos XL. pax data.

3617 403 *M. Popilius Lenas* III. *in Gallos profectus, rem bene gessit. moram triumpho vulnus attulit.* *L. Cornelius Scipio.*

L. Furi-

A.M.	A.V.	
3618	404	*L.Furius Camillus.* *Appius Claudius Crassus.* Annis hic multis variisque motibus fuit insignis: quorum causa partim Galli extiterunt, qui tamen à L. Furio acri prælio sunt profligati, ac (vt refert Liuius) in mare & naues fuga compulsi: partim piratæ, mare & littus infestum reddentes: partim etiam sociorum quorundam defectio.
3619	405	*M.Poplius Lenas IV.* *M.Valeorius* Coru9. Fœdus II. cum Pœnis.
3620	406	*T.Manlius Torquatus.* *C.Plautius Venno Hypsaus.* Plato mortuus.
3621	407	*M.Valerius* Coruus II. *C. Petilius Balbus Libo Visolus* II. Volsci victi: Satricum vrbs diruta & incensa.
3622	408	*M.Fabius Dorso.* *Ser.Sulpitius Camerinus.* Bellum Auruncum.
3623	409	C. *Martius Rutilus* III. *T.Manlius Torquatus* II. Lapides pluit, teste Liuio.
3624	410	*M. Valerius Coruus* III. *A. Cornelius Cossus Aruina.* Bellum Samniticum. Samnites in agro Campano ad montem Gaurum primum victi, iterum ad Suessulam castris exuti à Valerio.
3625	411	*M.Martius Rutilus IV.* *Q. Seruilius Ahala.* II. Milites Capuæ hybernantes, voluptatibus deliniti, de occupanda vrbe illa clam iniere consilium: & quum viderent, Rutilii prudentia se inde submotos, & multos Romam ablegatos: mota non procul ab Anxure seditione, T. Quinctum vi adhibita-

A M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		bita ducē sibi præficere, moxque conuulsis signis Romam petentes, quum Valerius Coruus Dictator ipsis occurrisset, statim atque arma signaque patria conspexere, se in Dictatoris potestate fore dixerunt.
3626	412	C.*Plautius Hypsaus* II *L. Aimilius Mamercinus, Priuernâs postea dictus.*
		Latini principes Romanum coquunt bellum, propter Samnites in gratiam à Romanis receptos.
3627	413	T.*Manlius Torquatus* III. *de filio Mantio, qui iniussu suo pugnauerat, suppliciũ sumsit.* *P.Decius Mus in bello cum Latinis se deuouit.*
		Vict. Latini & Campani, & agris mulctati.
3628	414	T.*Aimilius Mamercinus.* *Q.Publilius Philo, post Dictator, rebellantes Latinos leui prælio ad deditionem adegit.*
3629	415	*L.Furius Camillus.* C.*Mænius Nepos.*
		Hi consules Latinis subactis statuas equestres meriti.
3630	416	C.*Sulpitius longus.* P.*Ailius Petus.*
3631	417	*L.Papyrius Crassus.* K.*Duilius.*
		Bellum *Ausonium* magis nouum quam magnum.
3632	418	*M.Valerius Coruus IV. Calenos acie fudit: oppidum Cales cepit.* *M.Atilius Regulus.*

3633	419	*T. Veturius Caluinus. Sp. Posthumius Regillensis Albinus.*
		Pestis.
3634	420	*Annus sine Coss.*
3635	421	*Cn. Domitius Caluinus. A. Corn. Cossus Aruina* II.
		Duæ tribus reliquis additæ.
3636	422	*L. vel C. Valerius Potitus Flaccus. M. Claudius Marcellus.*
3637	423	*L. Papyrius Crassus* II. *L. Plautius Venno.*
		M. Vitrubius Vaccus Fundanorum dux Priuernates ad bellum Romanis inferendum incitat, quod ipsimet exitio est.
3638	424	*L. Aimilius Mamercinus* II. *C. Plautius Decianus.*
		Vitrubius cum sociis coniuratis necatus.
3639	425	*P. Plautius Proculus. P. Cornelius Scipio Scapula.*
3640	426	*L. Cornelius Lentulus. Q. Publilius Philo* II.
		Bellum Palæpolitanum.
3641	427	*P. Petilius Libo Visolus* II. *L. Papyrius Cursor.*
		Lucani & Apuli Romanis antea alieni, in amicitiam suscepti. Cum Samnitibus feliciter pugnatum. Tarentinorum fraude Lucani à Romanis deficiunt.
		Alexander Magnus mortuus.

L. Furi-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3642	428	*L. Furius Camillus II. D. Iunius Brutus Scaeua.*
		L. Papyrius Cursor Dictator. Huius magister equitum Q. Fabius Max. Rullianus, quia iniussu dictatoris eoque absente, cum Samnitibus prospere pugnarat, hostium 20000. occisis: magna inter eos contẽtio extitit: nec nisi precibus veniam impetrare Fabius potuit. Vide Liuium lib. 8. dec. 1. Tandem Dictator iterum cum Samnitibus manum conserens, eos ad petendam pacẽ adegit: postea triumphans vrbem est ingressus.
3643	429	*L. Papyrius Cursor Dictator sine coss.*
		Huius anni Liuius ne vnico quidem verbo meminit.
3644	430	*C. Sulpitius longus. Aulius Cerretanus.*
		Hoc anno Romae nocturnus terror ita ex somno trepidam repente ciuitatem exciuit, vt Capitolium atque arx, mœniaque & portae plena armatorum fuerint. Quumque concursatum, & clamatum ad arma omnibus locis esset, prima luce nec auctor nec causa terroris comparuit.
3645	431	*Q. Fabius Max. Rullianus. L. Fuluius Curuus.*
		A. Cornelius Cossus Aruina Dictator triumphauit de Samnitibus acerrimo praelio victis.
3646	432	*T. Veturius Caluinus II. Sp. Posthumius Albinus II.*
		Caudina pax: de qua Liuius lib. 9. dec. 1.
3647	433	*L. Papyrius Cursor II. Q. Publius Philo III.*
3648	434	*L. Papyrius Cursor III. Q. Aulius Corretanus. II.*
3649	435	*L. Plautius Venno. M. Fossius Flaccinator.*
		Duae tribus caeteris additae.
3650	436	*Q. Aimilius Barbula. C. Iunius Brutus Bubulcus.*
3651	437	*Sp. Nautius Rutilus. M. Popilius Lenas.*

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI	
		Samnites fusi.	
3652	438	*L.Papyrius Cursor IV.*	*Q.Publilius Philo* III.
		Q Fabius Max. Dictator Q Aulus Cerretanus magister equitum, in pugna cum Samnitibus occisus. Saticula Romani, Plistia Samnites potiti.	
3653	439	*M. Patilius Libo.*	*C.Sulpitius Longus.*
		Samnites iterum prælio victi, Beneuentum perfugiunt. Sora, Ausonia, & Luceria oppida quæ defecerunt, recepta.	
3654	440	*L.Papyrius Cursor.V.*	*C.Iunius Brutus Bubulcus.*II.
		Nola capta. Pestis.	
3655	441	*M Valerius Maximus, de Samnitibus triumphum egit.*	*P.Decius Mus.*
		Appij Claudij censura & obcæcatio.	
3656	442	*C.Iunius Brutus Bubulcus.*III.	*Q.Aimilius Barbula* II.
		Samnitum viginti millia cæsi.	
3657	443	*Q.Fabius Max. Rullianus* II.	*C.Martius Rutilus, Censorinus postea dictus.*
		Etruscorum opes ad Perusiam ita fractæ: vt à Perusia, Crotona & *Aretio* legati pacem potentes venerint, & inducias in annos triginta petierint ac impe-	

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.	
		impetrarint. Perusini induciarum fide rupta à Fabio victi, vrbem dedidere.	
3658	444	*L. Papyrius Cursor Dictator,*	*C. Iunius Bubulcus Brutus Mag. Eques sine Coss.*
3659	445	*Q. Fabius Max Rullianus* III.	*P. Decius Mus* II.
		Bellum Etruscum & Samniticum.	
3660	446	*App. Claudius Cæcus.*	*L. Volumnius Flamma Violensis.*
		Fabinis proconsul cum Samnitibus rem gerit: Volumnius Cos. cum nouis hostibus Salentinis.	
3661	447	*P. Cornelius Aruina in Samnitibus rem prospere gessit.*	*Q. Martius Tremulus, de Hernicis triuis castris exutis, inque ditionem acceptis, triumphauit.*
		Fœdus 3. cum Pœnis.	
3662	448	*L. Posthumius Megellus.*	*T. Minutius Augurinus.*
		Samnites victi.	
3663	449	*P. Sempronius Sophus.*	*P. Sulpitius Sauerrio.*
		Fœdus antiquum Samniribus redditum. Acquorum XXXI. oppida capta.	
3664	450	*L. Genutius Auentinensis.*	*Ser. Cornelius Lentulus.*
3665	451	*M. Liuius Denter.*	*M. Aimilius Paulus.*
		C. Iunius Bubulcus Dict. de Æquis triumphauit.	

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.	
3666	452	*Q. Fabius Max. Dictator, M. Aimilius Paulus magister Equ. & M. Valerius Coruus, Dictator Sēpronius Sophus Magister Equitum. Etruscorum opes prælio iterum fracta: pax negata, induciæ biennij datæ: dictator M. Val. Coruus Marsos fudit; seque Etruscis triumphans in vrbem rediit.*	
3667	453	*M. Valerius Coruus V. bellum gessit aduersus rebellantes Æquos.*	*Q. Apuleius Pansa in Vmbria Nequinum oppidum obsedit.*
		Pontifices & Augures ex plebe creati: Lex Valeria lata.	
3668	454	*M. Fuluius Petinus, de Nequinatibus triumphauit.*	*T. Manlius Torquatus, ab rapido curso circumagendo equo effusus, triduo post expirauit.*
		Duæ tribus additæ.	
3669	455	*L. Cornelius Scipio.*	*Cn. Fuluius Centumalus de Samnitibus & Etruscis triumphauit.*
3670	456	*Q. Fab. Max. Rullianus IV.*	*P. Decius Mus.* III.
		Cum Samnitibus ab vtroque consule prospere pugnatum.	
367[illegible]	457	*App.* Claudus *Cæcus* II.	*L. Volumnius Flamma Violensis.*
		Fabius & Decius prorogato in sex menses imperio, multa Samnitum oppida ceperunt: ingentemque ex hostibus cæsis prædam domum retulere.	

Q. Fa-

A.M.	.AV.	CONSVLES ROMANI.
3672	458	*Q. Fabius Max. Rullianus V.* *P. Decius Mus. VI.*
		Bellum cum Samnitibus, Etruscis, Gallis, & Vmbris grauissimum: in quo P. Decius Cos. patris sui exemplum secutus se deuouit, atque ita morte sua victoriam in populo Romano tradidit.
3673	459	*L. Posthumius Megellus* II. *M. Attilius Regulus.*
3674	460	*L. Papyrius Cursor, Romanis solarium horologium statuit.* *Sp. Caruilius Maximus,*
		De Samnitibus Romæ à Coss. triumphatum.
3675	461	*Q. Fab. Maximus Gurges, male cum Samnitib. pugauit.* *D. Iunius Brutus Scæua.*
		Pestis Romæ sæuissima per triennium: Æsculapius Romam adductus. Plin. lib. 7. c. 41. Bellum cimbricum.
3676	462	*L. Posthumius Megellus* III. *C. Iunius Brutus Bubulcus.*
		Q. Fab. Gurgiti imperium in Samnites prorogatum: de quibus etiam hoc anno triumphauit.
3677	463	*M. Curius Dentatus.* *P. Cornelius Ruffinus.*
		Cum Samnitibus Lucanis & Sabinis acie dimicatum & triumphatum.
3678	464	*M. Valerius Coruinus VI.* *Q. Cædicius Noctua.*
		Triumuiri capitales primi creati.
3679	465	*Q. Martius Tremulus* II. *P. Cornelius Aruina.*
3680	466	*M. Claudius Marcellus.* *Sp. Nautius Rutilus.*
3681	467	*M. Valerius Maximus.* *Q. Ælius Pætus.*

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Tertia seceßio plebis in Ianiculum. Neque prius redire voluit, quam Hortensius Dictator seceßionis reducendæ causa legem tulit, vt plebiscita pro legibus obseruarentur. Hortensius, plebe reuocata, in hoc magistratu expirauit.
3682	468	*C. Claudius Canina.* *M. Æmilius Barbula.*
3683	469	*C. Seruilius.* *L. Cæcilius Metellus in bello Gallico Senonico occubuit.*
3684	470	*P. Cornelius Dolabella, Senones Gallos magno prælio vicit.* *Cn. Domitius Caluinus.*
3685	471	*L. Æmilius Papus.* *C. Fabricius Luscinus.*
3686	472	*L. Æmilius Barbula.* *Q. Martius Philippus.*
		Tarentinum Bellum. Pyrrhi regis Epirotarum in Italiam expeditio.
3687	473	*P. Valerius Lauinus.* *Tiberius Corruncanus Nepos.*
		Pyrrhi & Tarentinorum de Romanis victoria haud incruenta.
3688	474	*P. Sulpitius Sauerrio.* *P. Decius Mus.*
		Pyrrhus, bello cum Romanis restaurato, vulneratus: multisque suorum amißis, Tarentum fugatus. Hoc in prælio P. Decium Cos. quoque cecidisse, auctor est Cicero lib. 2. de Finib. Fœdus IV. cum Pœnis.
3989	475	*Q. Æmilius Papus* II. *C. Fabricius Luscinus* II. *de Samnitibus & Lucanis triumphauit.*
		Pyrrhus ex Italia in Siciliam regressus.

P. Cor-

A.M.	A.V.	REGES ROMANORVM	
3690	476	P. *Cornelius Rufinus* II.	C. *Iunius Brutus Bubulcus* II.
		Crotonienſes inopinato capti.	
3691	477	Q. *Fabius Gurges* II. *de Samnitibus, Lucanis, & Brutiis triumphauit.*	C. *Genutius Clepſina.*
		Peſtilentia graui Vrbs laborat.	
3692	489	M. *Curius Dendatus* II.	L. *Cornelius Lentulus.*
		Pyrrho ex Sicilia in Italiam Reuerſo, Bellum Tarentinum renouatum, deque eo in Samnitibus triumphatum à Coſſ.	
3693	479	M. *Curius Dentatus* III.	*Ser. Cornelius Merenda.*
3694	480	C. *Fab. Dorſo Licinus.*	C. *Claudius Canina.*
		Sextilia virgo Veſtalis, inceſti damnata, viua defoſſa. Coloniæ deductæ, Poſidonia & Coſſa.	
3695	481	L. *Papyrius Curſor.*	*Sp. Caruilius Maximus* II.
		Bellum Samniticum & Tarentinum confectum.	
3696	482	C. *Quinctius Claudius.*	L. *Genutius Clepſina.*
		Legio Campana, quæ Rhegium occupauerat, à Genucio Coſ. obſeſſa, & deditione facta, ſecuri percuſſa.	
3697	483	C. *Genutius Clepſina* II.	*Cn. Cornelius Blaſio.*
3698	484	C. *Fabius Pictor.*	L. *Quinctius Gulo. vel Q. Ogulinus Gallus.*

Argentum primum Romæ signatum.

485 *P.Sempronius Sophus.* *App.Claudius Crassus.*

Picentes victi. Conditæ ciuitates Ariminum in Gallia,& Beneuentum in Samnio. Epicurus Philosophus mortuus.

486 *M Atilius Regulus.* *T.Iulius Libo.*

Bellum Sallentinum.

487 *D.Iunius Pera.* *M.Fabius Pictor.*

De Sassinatibus,Sallentinisque triumpharunt.

488 *M.Valerius Maximus.* *Q.Mamilius Vitulus.*

Cum Vulsiniensibus bellatum.

489 *App.Claudius Caudex.* *M.Fuluius Flaccus.*

Bellum Punicum primum,quod per XX. annos varia fortuna durauit.

Bellum Vulsiniense, Vulsiniorum excidio finitum.

M.Valerius Maximus II. *M. Otacilius Crassus.*

490 Hieroni regi Syracusanorum petenti pax data.

L.Posthumius Megellus. *Q.Mamilius Vitulus* II.

491 Agrigentum à Romanis obsessum captumque. Vœni victi.

L.Valerius Flaccus. *T.Otacilius Crassus.*

492 *Cn. Cornelius Scipio Asina, ab Annibale Pœnorum Duce per fraudem, veluti in colloquium euocatus captus.* *C. Duillius, primus naualem triumphũ egit de Pœnis.*

493

494 *L.Cornelius Scipio,Corsicam & Sardiniam vastauit,multa millia captiuorum inde abduxit triumphumque egit.* *C.Aquilius Florus.*

A.Ati-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3709	495	*A. Atilius Calatinus.* *C. Sulpitius Paterculus de Pœnis & Sardis triumphauit.*
3710	496	*A. Atilius Regulus, de Pœnis nouale egit triumphum.* *Cn. Cornelius Blæsus.* Annibal Senior dux Pœnorum victa classe cui præerat, ab exercitu suo, seditione orta, in crucem sublatus.
3711	497	*Q. Cæditius. Cui defuncto surrogatus M. Atilius Regulus.* *L. Manlius Vulso Longus, naualem egit triumphum de Pœnis.* Pœni aliquot à Romanis cladibus affecti quum eis petentibus pacem Regulus nisi duris conditionibus daret duce Xantippo Lacædemonio victores tandem euasere. Romanorum XV. millia cum Regulo capta, XXX. millia cæsa.
3712	498	*Ser. Fuluius Nobilior.* *M. Aimilius Paulus.* Pœnorum XXXV. millia cæsa CIV. naues demersæ, triginta cum pugnatoribus captæ.
3713	499	*Cn. Cornelius Scipio Asina.* II. *A. Atilius Catalinus* II. Panorum à Romanis obsidione captum.
3714	500	*Cn. Seruilius Cæpio.* *C. Sempronius Blæsus.* Romani post victoriam de Pœnis partam, coorta tempestate CL. naues onerarias & prædam amisere.
3715	501	*C. Aurelius Cotta.* *P. Seruilius Geminus.*

L. Cæci

3716 | 502 | *L.Cecilius Metellus. C.Furius Pacilus.*

Asdrubalis Pœnorum ducis infelix conflictus cum Romanis ad Lilybeum. Regulus captiuus Romam dimissus à Pœnis pacis impetrandæ gratia, eam dissuadet.

3717 | 503 | *C.Atilius Regulus II. L.Manlius Vulso.*

L.Metellus procos. speciosissimum de Pœnis egit triumphum, XIII. ducibus hostium, & CXX. elephantis in eo ductis. Regulus captiuus Carthaginem remissus, crudeliter trucidatus est.

3718 | 504 | *P.Claudius Pulcer. L.Iunius Pullus.*

M.Claudio Cilicia dictatori abdicato, suffectus A. Atilius Calatinus.

Romanorum ingens clades ad Drepani portum in Sicilia: ob quam Claudium Cos. à populo condemnatum; L. Iunium vero ob classem naufragio amissam, necem sibimet intulisse, auctor est Cicero in libris de Diuinatione, & de natura Deorum.

3719 | 505 | *C.Aurelius Cotta II. P. Seruilius Geminus II.*

Lilybeum & Drepanum oppida à Romanis oppugnata.

3720 | 506 | *L.Cecilius Metellus II. M.Fabius Buteo, Drepanum obsidit, & Columbariam insulam cœpit.*

3721 | 507 | *M.Otacilius Crassus.II. M.Fabius Licinus.*

Annibal Iunior natus.

3722 | 508 | *M.Fabius Buteo II. C. Atilius.Balbus.*

Fregenę

Fregenę colonia deducta.

3723 509 *A. Manlius Atticus.* C. *Sempronius Blæsus II.*

Brundusium colonia deducta.

3724 510 C. *Fundanius Fundulus.* C. *Sulpitius Gallus.*

3725 511 C. *Luctatius Catulus.* A. *Posthumius Albinus.*

Duo Prætores primum creati.
Pœnorum ad Ægades insulam clades maxima.

3726 512 *Q. Luctatius. Cerco.* A. *Manlius Atticus II.*

Pax data Pœnis dutis conditionbus. Falisci cæsi. Templum Vestæ ardet. Velina & Quirina tribus adiectæ Spoletum colonia ducta. Floralia instituta.

3727 513 C. *Claudius Cento.* M. *Sempronius Tuditanus.*

M. Liuius poeta fabulas Romæ docere cœpit.

3728 514 C. *Mamilius Turrinus. Q. Valerius Falto.*

Q. Ennius poeta natus.
Valentia colonia deducta.

3729 515 T. *Sempronius Grachus.* P. *Valerius Falto.*

Cum Gallis Cisalpinis variâ sorte bellatum nam primo conflictu 3500. Romanorum cecidere: secundo 14000. Gallorum cæsa, duo millia capta. sed ob priorem cladem triumphus consuli negatus.

Bellum Ligustinum latrocinia Ligurum excitarunt. durauit annos XXC. teste Strabone lib. 4. Sardinia in potestatem Romanorum venit.

L. Cor-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.	
3730	519	L.Cornelius Lentulus Caudinus, de Liguribus triumphauit.	Q.Fuluius Flaccus.
3731	517	P.Corn. Lentulus Caudinus.	C. Licinius Varus.
		M.Claudius Clinias ob infamem pacem Corsis à senatu deditus, nec acceptus ab hostibus, iussu senatus in carcere necatus est.	
3732	518	C.Atilius Bulbus II.	T.Manlius Torquatus, Sardos, qui rebellarant, subegit.
		Ianus secundo clausus.	
3733	519	L. Posthumius Albinus, aduersus Ligures missus.	Sp. Caruilius Max. de Sardis, qui iterum defecerant, triumphauit.
3734	520	Q.Fabius Max. Verrucosus, contra Ligures, qui de integro defecerant missus.	M.Pomponius Matho, contra Sardos, qui denuo defecerant imissus.
3735	521	M.Aimilius Lepidus.	M. Poblicius Malleolus.
		Romani præda de Sardis onusti, à Corsis spoliati. Cato Senior natus. Cic. de Senect.	
3736	522	M.Pomponius Matho II.	C.Papyrius Maso.
		Sardi & Corsi subacti. Sp. Caruilius Ruga primus Romæ cum vxore diuortium fecit.	
3737	523	M. Aimilius Barbula.	M.Iunius Pera.
3738	524	L.Posthumius Albinus III.	Cn. Fuluius Centumalus.
		Bellum Illyricum.	
3739	525	Sp.Caruilius Maximus II.	Q.Fabi⁹ Verrucosus II.

Cn.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Cn.Fuluius Centumalus procos. de Illyriis triumphauit.
3740	526	*P.Valerius Flaccus. M.Atilius Regulus.*
		Prætores quatuor primum creati.
3741	527	*L.Apustius Fullo. M.Valerius Messala.*
3742	528	*L.Aimilius Papus. C. Atilius Regulus.*
		Bellum Gallicum Cisalpinum.
3743	529	*Q.Fuluius Flaccus.*II. *T.Manlius Torquatus II.*
3744	530	*C.Flaminius Nepos. P.Furius Philus.*
		De Gallis & Liguribus triumphatum.
3745	531	*C.Claudius Marcellus, Viridumaro Germanorum rege ad Clastidium interfecto, inter multa Insubrium oppida, Medulianum quoque cepit: de Gallis; Insubribus & Germanis triumphauit: spoliaque opima ab eis retulit. Cn. Cornelius Scipio Caluus.*
3746	532	*P Cornelius Scipio Asina. M.Minutius Rufus.*
		Istri subacti. Annibal Pœnorum dux creatus, in Olcatum fines irrupit, atque Altheiam expugnauit.
3747	533	*L.Venturius Philo. C.Tuctatius.*
		Annibal in Vaccæos ducens, Helmandicam & Arbocalam vrbes capit: Carpetanos ad deditionẽ adducit.
3748	534	*L.Aimilius Paulus. M.Liuius Salinator.*
		Illyrii rebellantes iterum domiti. Annibal Saguntum oppugnans, intra octo mẽses capit.
3749	535	*P.Cornelius Scipio. T. Sempronius Longus.*

.M.	A.V	CONSVLIS ROMANI.	
		Bellum punicum secundum. P. Cornelius Cos. ad Ticinum T. Sempronius ad Trebiam acie fusi ab *Annibale*.	
750	536	*C. Flaminius II. ad lacum Thrasimenum cum Annibale confligens, occisus.*	*Cn. Seruilius Geminus.*
		Q Fabius Max. dictator magistro equitum Minutio: cuius populus imperium cum Dictatoris imperio æquauerat, exercitui ab *Annibale* profligato subueniens: eo nomine ab exercitu Minuciano Pater appellatus.	
751	537	*L. Aimilius Paulus II.*	*C. Terentius Varro.*
		Clades Cannensis: in qua L. Paulus Cos. cum Romanorum XL. millibus senatoribus octoginta, consularibus, prætoriis & ædilitiis multis occubuit. In Hispania à Scipionibus contra Asdrubalem res bene gesta.	
752	538	*T. Sempronius Gracchus, Cumas contra Annibalem fortiter defendit.*	*L. Posthumius Albinus III. in Gallia occisus. In eius locum subrogatus M. Marcellus, qui Priore anno prætor ad Nolam rem bene gesserat, se abdicauit: in eiusq; locum suffectus Q. Fabius Max. III.*
		Phipippi Regis Macedonum legati, de fœdere & belli societate iungenda ad *Annibalem* missi, à Romanis capti. *Annibal* Nolam oppugnaturus, duobus prœliis victus & fugatus à Marcello. Hieronymi	

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		mi Reges Syrcusanorum fœdus cum Annibale, mortuo auo Hierone.
3753	539	*Q. Fabius Max. Verrucossus IV.* *M. Claudius Marcellus. III.*
		Tib. Gracchus procos. cum Annone Pœnorum duce, ad Beneuentū; Marcellus Cos. cum Annibale ad Nolam; prospere decertarunt. Fabius in Samniū progressus, Compulteriam, Telesiam, Cossam, aliaque oppida multa vi cepit. Hieronymus Rex Syracusanorum à coniuratis obtruncatus: Syracusæ à Romana amicitia alienatæ, à Marcello oppugnatæ. Illiturgi è Pœnis frustra obsessum. Ad Mundam quo castra Punica mota fuerunt, à Romanis egregie pugnatum. Saguntum, Punico præsidio pulso, à Romanis receptum.
3754	540	*Q. Fabius Max. Verrucoss. F. cui quum pater in castra ad Suessulam legatus venisset, eum equo descendere iussit.* *T. Sēpronius Gracchus* III.
3755	541	*App. Claudius Pulcer.* *Q. Fuluius Flaccus* III.

Tarentum ab Annibale dolo captum. Ludi Apollinares primum instituti. Gracchus ad Beneuē-tum hospitis Lucani fraude à Magone Pœno interfectus. Cn. Fuluius Flaccus, Quinti Cos. Fr. ad Herdoneam ab Annibale fugatus, castrisque exutus. Syracusæ in Sicilia à M. Marcello procos. in potestatem Romanorum redactæ; & Archimedes insignis artifex trucidatus. Scipiones in Hispania cæsi cum totis exercitibus ab Asdrubale: amissaq; Hispania possessio fuisset, nisi L. Martii Equitis Rom. virtute & industria, contractis exercituum reli-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI
		quibus, bina castra hostium expugnata essent. Hostium ad 37000. cæsa, 1830. capti præda ingens parta
3756	542	*P. Sulpitius Galba Max.* *Cn. Fuluius Centumalus II.*
		Capua Romanis dedita. Roma ab Hannibale irrito conatu obsessa. M Marcellus Procos. de Syracusanis in monte Albano triumphum egit.
3757	543	*M. Claudius Marcellus IV.* *M. Valerius Leuinus II.*
		Agrigentum, Pœnis ex Sicilia pulsis captum à Leuinio Cos. Salapia in Italia à Marcello Cos. per proditionem recepta. Cn. Fuluius Centumalus Procos. ad Herdoneam cum exercitu ab *A*nnibale cæsus. P. Scipio in Hispania Carthagine Noua vno die expugnata, virginem captiuam ad se adductam ad parentes & sponsam intactam remisit.
3758	544	*Q. Fabius Max. Verrucosus V.* *Q. Fuluius Flaccus.*
		Tarentum à Q. Fabio Cos. per proditionem arte Punica receptum Asdrubal in Hispania ad Betulam à P Scipione victus.
3759	545	*M. Claudius Marcellus V. ab Annibale insidiis circumuentus & occisus.* *T. Quinctius Crispinus, cũ Marcello collega speculandi causa è castris egressus insidiis Annibalis circumuentus, saucius vix euasit: ex eoq; vulnere paulo post obiit.*

Pestis

Pestis Romæ.

2760 546 *M. Liuius Salinator II. C. Claudius Nero.*

Asdrubal ad Senam cum toto exercitu cæsus: & de Pœnis triumphatum.

761 547 *Q. Cæcilius Metellus. L. Venturius Philo.*

*A*nnibal nece fratris *A*sdrubalis perculsus, hoc anno quieuit. P. Scipio fœdus icit cum Masanissa Numidarum rege.

762 548 *P. Cornelius Scipio Africanus P. Licinius Crassus Diues.*

Locros vrbs, quæ ad Pœnos sub defectionem Italiæ desciuerat, pulso Punico præsidio, & Annibale fugato, à Scipione recepta.

763 549 *M. Cornelius Cethegus. P. Sempronius Tuditanus.*

Syphax Rex Numidiæ accepta in matrimonium *A*sdrubalis filia, amicitiæ, quam cum Scipione iūxerat, renunciat. anno Pœnorum Dux à Masinissa cæsus Scipio aduentu *A*sdrubalis & Syphacis ab obsidione Vticæ depulsus, P. Sempronius Cos. in agro Crotoniensi cum Annibale confligens, primo prelio inferior fuit: postero die iterum in aciem descendens, Pœnos fudit fugauitque, quatuor millibus armatorum cæsis.

64 550 *Cn. Seruilius Cæpio. C. Seruilius Nepos.*

Syphacis & *A*sdrubalis castra vna die à Scipione deleta, & cremata Syphax à Lælio in prælio viuus captus, regumque Masinissæ redditum. Annibal ex Italia mæstus ac dolens in Africam legatorum iussu reuersus.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3765	551	*Tib. Claudius Nero. M. Seruilius Pulex Geminus.*
		Annibal tentata per colloquium cum Scipione pace, nec impetrata, prælio extremo ab eo victus est in *Africa*: post etiam Vermina Syphacis F. tum demum pax Pœnis petentibus data. Q. Fabius Max. mortuus circa finem anni. Incendium Romæ magnaque aquarum inundatio.
3766	552	*Cn. Cornelius Lentulus. P. Aelius Patus.*
		P. Corn. Scipionis *Africani* celebris triũphus de Pœnis & Syphace rege.
3764	553	*P. Sulpitius Galba Max.* II. *Cn. Aurelius Cotta.*
		Bellum Philippicum, seu Macedonicum primum cum Philippo rege Macedonum.
		L. Corn. Lentuli Procos. ouatio ex Hispania & triumphus L. Furii Purpureonis Prætoris de Gallis.
3768	554	*C. Cornelius Lentulus. P. Villius Tapulus.*
		Plautus Comicus floret.
3769	555	*T. Quinctius Flaminius, aduersus Philippum Maced. in faucibus Epiri prosperè pugnauit. Sext. Ailius Patus Catus.*
		Eubea à L. Quinctio, Titi fratre, occupata; Attalo rege & Rhodiis auxiliariis nauali prælio victis.
		Coniuratio Setiæ seruorum, de soluendis Carthaginensibus obsidibus, oppressa.

C. Cor-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
2770	556	*C.Cornelius Cethegus.* *Q.Minutius Rufus.*
		T.Quinctius Procos. [illegible] Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie victo debellauit. L. Quinctus frater eius Acarnanes, Leucade vrbe expugnata, in deditionem accepit. Attalus rex Thebis Pergamum ęger aduectus, obiit. Hispania vlterior rebellauit. Sex Prætores facti.
3771	557	*L.Furius Purpureo.* *M.Claudius Marcellus.*
		Philippo regi Macedonum pax, Græciæ libertas data. Sempronius Tuditanus Procos. in citeriore Hispania victus, ex vulnere mortuus. M. Marcellus Cos. Gallos fudit; Comum cepit, de insubribus & Comensibus triumphauit.
3772	558	*L.Valerius Flaccus, in Gallia cum Boiis secūdo prælio conflixit.* *M.Portius Cato, in Hispaniam citeriorem profectus, bello eum pacauit.*
		Annibal frustra in Africa bellum moliens, propter metum Romanorum, qui de eo legatos ad Carthaginensium Senatum miserant, profugus ad Antiochum Syriæ regem se contulit, bellum contra Romanos parantem. Lex Oppia abrogata.
3773	559	*P.Cornelius Scipio Africanus.*II. *T. Sempronius Longus in Gallia vario euentu cū Boiis pugnauit.*
3774	560	*L.Cornelius Merula, ad Mutinam cum Bois pugnauit.* *Q.Minutius Thermus, ad Pisas cum Liguribus pugnauit.*

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3775	561	*L. Quinctius Flaminius. Cn. Domitius Ænobarbus.*
		Bellum Antiochinum, quod & Syriacum & Asiaticum dictum.
3776	662	*M. Attilius Glabrio. M. Cornelius Scipio. Nasica Boios Gallos acie vicit, castris exuit, in deditionem accepit.*
		*A*ntiochus Thermopylis, quas occuparat, eiectus virtute M. Catonis tribuni militum, in *A*siam refugit. Romæ magnus terræmotus per dies XXXIIX.
3777	563	*L. Cornelius Scipio Asiaticus, Antiochum maxima clade affecit.* C. *Lælius Nepos.*
		M. *A*tilii Glabreonis Procos. triumphus de Antiocho & Ætolis.
3778	564	*Cn. Manlius Vulso. M. Fuluius Nobilior.*
		*A*ntiocho duris legibus, pax data: *A*siaq; cis Taurum omnis ademta.
		Tres triumphi Romæ acti: duo de Antiocho rege, à L. Æmilio Regillo Prætore, & L. Scipione Asiatico Procos. tertius ex Creta à. Q. Fabio Labione Prætore.
3779	565	*C. Liuius Salinator. M. Valerius Messala.*
3780	566	*M. Æmilius Lepidus. C. Flaminius Nepos.*
		P. Scipione à Petilliis tribunis pl. de capta ab Antiocho rege ob pacem dandam pecunia dies dicta. quo quum in Capitolium Diis gratulatum è rostris recessisset: concionem à tribunis pl. primum auertit: deinde die longiore producta, in Linternum cõcessit,

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.	
		cessit, ne ad causam dicendam adesset. citatus absens morbum excusauit, ac rure mortuus est.	
3781	567	*Sp. Posthumius Albinus.*	*Q. Martius Philippus.*
3782	568	*App Claudius Pulcer.*	*M. Sempronius Tuditanus.*
		P. Corn Scipio Africanus maior mortuus.	
3873	569	*P Claudius Pulcer.*	*L. Portius Licinius.*
		Plautus Porta mortuus. P. Scipio Africanus Iunior, natus.	
3784	570	*Q. Fabius Labeo.*	*M. Claudius Marcellus.*
		Annibal venenum haurit.	
3785	571	*L. Æmilius Paulus.*	*Cn. Bæbius Tamphilus.*
3786	572	*P. Cornelius Cethegus.*	*M. Bæbius Tamphilus.*
		Fames & pestis Romæ. Ligures ab Æmilio Paulo Procos. victi.	
3787	573	*A. Posthumius Albinus.*	*C. Calphurnius Piso, à Quarta Hostilia vxore necatus creditus. Ei suffectus Q. Fuluius in Ligures.*
3788	574	*L. Manlius Accidinus.*	*Q. Fuluius Flaccus in Ligures profectus: de ijs triumphauit.*
3789	575	*M. Iunius Brutus.*	*A. Manlius Vulso, cum Istris bellum parum prospere gessit.*
3790	576	*C. Claudius Pulcer, Istris subactis, in Ligures duxit: duarumque gentium vno anno victor, Romæ de vtrisque triumphauit.*	*T. Sempronius Gracchus.*

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.	
3791	577	*Q.Petilius Spurinus, cum Liguribus dimicans, in acie cecidit.*	*Cn. Cornelius Scipio, ex monte Albano rediens concidit, & parte membrorum capt⁹ ad aquas Cumanas profectus ingrauescēte morbo Cumis decessit. Ei suffectus C. Valerius Leuinus.*
3792	578	*P. Mutius Scæuola.*	*M. Æmilius Lepidus.*
		T. Sempronius Gracchus Procos. de subacta Sardinia; P. Mutius Scæuola, Cos. de Ligurib. triumpharunt. Pestis.	
3793	579	*Sp. Posthumius Albinus Paullulus.*	*Q. Mutius Scæuola.*
3794	580	*L. Posthumius Albinus.*	*M. Popilius Lanâs.*
		Floralia instituta.	
3795	581	*C. Popilius Lanâs.*	*P. Ælius Ligur.*
		Bellum Persicum, seu Macedonicum secundum.	
3796	582	*P. Licinius Crassus, à Perseo rege Maced. Victus: iterum cum eo congressus feliciore euentu conflixit.*	*C. Cassius Longinus.*
3797	583	*C. Hostilius Mancinus.*	*C. Atilius Serranus.*
3798	584	*Q. Martius Philippus* II. *in Macedoniam per saltus inuios penetrans, ita regem perterrefecit; vt abiecto auro, ne in victoris manus veniret, fugam ceperit. Quo belli impetu Marcius complures vrbes occupauit.*	*Q. Seruilius Cæpio.*

Enni-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Ennius Poeta mortuus septuagenarius.
3799	585	*L. Æmilius Paulus* II. *Collatis apud Pidnam signis* III. *Non. Sept.* — *C. Licinius Crassus.*
		Perseum cruento prælio vicit, castris exuit, Macedoniaque vrbes in deditionē accepit. Rex ab amicus desertus, apud templum Samothracum captus à Cn. octauio Classis Præfecto.
		Antiochus ex Ægypto cedere coactus. Illyrici à L. Anicio Gallo subacti.
3800	586	*Q. Ælius Pætus.* — *M. Iunius Pennus.*
		Tres triumphi acti: bini de rege Perseo ex Macedonia à L. Æmilio Paulo Procos. per triduum, & Cn. Octauio Propr. tertius de Gentio rege ex Illyrio à L. Anicio Gallo Propr.
3801	587	C. *Sulpitius Gallus.* — M. *Claudius Marcellus.*
		Eumenes Rex Romam venit.
3802	588	T. *Manlius Torquatus.* — *Cn. Octauius.*
		Fames & Pestis.
3803	589	A. *Manlius Torquatus.* — *Q. Cassius Longinus, in magistratu mortuus.*
		Perseus rex Albæ in carcere extinctus.
3804	590	T. *Sempronius Gracchus.* — *M. Iuuentius Thalna, in magistra mortuus.*
3805	591	*P. Scipio Nasica.* — *C. Martius Vigulus.*
		Cn. Octauius Legatus consularis Laodiceæ occisus.
3806	592	*M. Valerius Massala.* — *C. Fannius Strabo.*

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.	
3807	593	*L. Anicius Gallus.*	*M. Cornelius Cethegus.*
		L. Æmilius Paulus mortuus.	
3808	594	*Cn. Cornelius Dolobella.*	*M. Fuluius Nobilior.*
		Terentius mortuus. Lex de ambitu lata. P. Cornelius Nasica censor primus aqua diuisit horas, seu, ex aqua fecit horarium.	
3809	595	*M. Æmilius Lepidus.*	*C. Poplius Lanás II.*
		Bellum Ligusticum, quod XXC. durauit annos virtute M. Fuluij Nobilioris Procos. sublatum: qui hoc quoque anno de Liguribus nobilissimum egit triumphum.	
3810	596	*Sext. Iulius Cæsar.*	*L. Aurelius Orestes.*
3811	597	*L. Cornelius Lentulus.*	*C. Martius Figulus II. clade primum à Dalmatis accepta, eos deinde feliciter ad Delminium vicit.*
3812	598	*P. Cornelius Scipio Nasica II. Dalmatas domuit.*	*M. Claudius Marcellus. II.*
3813	599	*Q. Opimius, Transalpinos Ligures, qui Massiliensium oppida Antipolim & Nicæam vastabant, subegit.*	*L. Posthumius Albinus in consulatu mortuus. In eius locum suffectus M. Acilius Glabrio.*
		Theatra à Messalla & Cassio censoribus excogitata.	
3814	600	*Q. Fuluius Nobilior.*	*T. Annius Luscus.*

Bel-

A.M.	.AV.	CONSVLES ROMANI.	
		Bellum Celtibericum gestum per annos XX.	
[illegible]	601	*M Claudius Marcellus III. prospere in Celtiberia pugnauit.*	*L. Valerius Flaccus, in Magistratu mortuus.*
3816	602	*L. Licinius Lucullus, Vaccæos Cantabros, & alias nationes subegit.*	*A. Posthumius Albinus.*
3817	603	*T. Quinctius Flaminius.*	*M. Acilius Balbus.*
3818	604	*T. Martius Censorinus.*	*M. Manlius.*
		Bellum Punicum tertium annos durauit quatuor.	
		Prusias rex Bithyniæ à Nicomede F. occisus.	
3819	605	*Sp. Posthumius Magnus.*	*L. Calpurnius Piso Cæsonianus.*
		M. Cl Marcellus ter consul, legatus ad Masinissam missus, tempestate oborta, fluctibus obrutus. Masinissa rex Numidiæ eodem anno decessit. *A*ndrisco Pseudophilippo Victo captoque, Q. Metelli prætoris virtute, Macedonia recepta.	
3820	606	*P. Scipio Africanus Æmilianus.*	C. *Liuius Drusus.*
		Carthago à Scipione Cos. magno labore obsessa & per partes capta. Bellum in *A*chaia excitatum.	
3821	607	*Cn. Cornelius Lentulus.*	*L. Mummius Achaicus.*
		Metellus præter *A*chæos Bœotosque duobus præliis, primo ad Thermophylas, altero in Phocæis deuicit. Thebæ & Chalcis dirutæ. Carthagine à Scipione euersa, bellum Punicum finitum; deque Pœnis & *A*sdrubale, qui paulo post necē sibi consciuisse traditur, triumphatum.	

Bellum

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Bellum Viria[illegible] Lusitania.
3822	608	*Q. Fabius Max. Æmilianus. L. Hostilius Mancinus.*
		C. Lælius Prętor cum Viriato in Hispania debellauit.
3823	609	*Ser. Sulpitius Galba. P. Aurelius Cotta.*
		Q. Fabius prorogato imperio Viriatum. secundus fregit.
3824	610	*App. Claudius Pulcer. Q. Cæcilius Metellus Macedonicus.*
3825	611	*L. Metellus Caluus. Q. Fabius Max. Seruilianus.*
		P. Scipio Africanus Æmilianus censor, cum L Mummio Achaico, Pseudophilippus alter in Macedonia à L. Trebellio quæstore cæsus.
3826	612	*Cn. Seruilius Cæpio. Q. Pompeius.*
3827	613	*C. Lælius Sapiens. Q. Seruilius Cæpio.*
		Viriatus occisus, Bellum Numantinum.
3828	614	*Cn. Calpurnius Piso. M. Popilius Lænas.*
3829	615	*P. Scipio Nasica Serapio. Decius Iunius Brutus.*
		Coss. à C. Curatio tribuno pl. in vincula coniecti.
3830	616	*M. Æmilius Lepidus Porcina. C. Hostilius Mancinus à Numantinis vict⁹ castrisq; exutus pacẽ cum eis fecit ignominiosam, quam ratã esse senatus vetuit.*

D.Iu-

A M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		D. Iunius Procoſ. Luſitaniam vrbium expugnationibus vſque ad Oceanum perdomuit.
3831	617	*P. Furius Philus. Sext. Atilius Serranus.*
		D. Iunius Brutus aſpero & difficili bello Gallęcos oppreſſit. M. Lepidus Procoſ. à Vaccæis fuſus fugatuſque.
3832	618	*Ser. Fuluius Flaccus. C. Calpurnius Piſo.*
		Fuluius Flaccus Conſul Vardæos in Illyrico ſubegit. Bellum Seruile primum in Sicilia. M. Coſconius Prætor in Thracia cum Scordiſcis proſpere pugnat.
3833	619	*P. Scipio Africanus Æmilianus II. C. Fuluius Flaccus.*
3834	620	*P. Mutius Scæuola. L. Calpurnius Piſo Frugi.*
		Numantia in Hiſpania à Scipione exciſa. Seditio Gracchana prior: in qua T. Gracchus tribunus pl. in capitolio ab optimatibus occiſus.
3835	621	*P. Popilius Lanâs. P. Rupilius.*
		P. Scipio Africanus de Numantinis ſecundum egit triumphum, D. Brutus de Gallæcis & Luſitanis. P. Rupilius Coſ. in Sicilia cum fugitiuis debellauit.
3836	622	*P. Licinius Craſſus Mutianus. L. Valerius Flaccus.*
		Bellum Aſiaticum cum Ariſtonico Eumenis notho.
3837	623	*C. Claudius Pulcer. M. Perpenna Nepos.*

Ari-

M.A.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Ariſtonico acie victo captoque, à M. Perpenna Coſ. bellum *Aſiaticum* confectum.
3838	624	C. *Sempronius Tuditanus.* *M Aquilius.*
		P. Scipio *Africanus* mortuus non ſine veneni ſuſpicione à Sempronia vxore ſorore Gracchorum cum quibus ei ſimultas erat, adminiſtrati.
3839	625	*Cn. Octauius.* *T. Annius Luſcus.*
3840	626	*L. Caßius Longinus.* *L. Cornelius Cinna.*
3841	627	*M. Æmilius Lepidus.* *L. Orelius Oreſtes, Sardiniam ſubegit.*
3842	628	*M. Plautius Hypſæus.* *M. Fuluius Flaccus.*
		Peſtilentia grauis in *Africa.* Bellum *Allobrogicum* Coniuratio Fregellana à L. Opimio prætore compreſſa.
3843	629	*C. Caßius Lõginus.* *C. Sextius Caluinus, Saluios funditus deleuit.*
3844	630	*Q. Cæcilius Metellus Balearicus.* *T. Quinctius Flaminius.*
		Bellum Baliaricum. Carthago à Romanis ex conſilio C. Gracchi reædificata. Triumphus M. Fuluii Flacci Procoſ. de Liguribus & Gallis.
3845	631	*Cn. Domitius Ahenobarbus, contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnauit.* *C. Fannius.*

L. Opi-

A.M	A	CONSVLES ROMANI.
3846	632	*L.Opimius. Q.Fabius Max. Allobrogicus dictos, ob Allobrogicum bellum hoc anno confectum.* C.Sempronius Gracchus, quum per biennium tribunus pl. legibus seditiosis latis Rempub. perturbasset, ab Opimianis Auentino armis pulsus, vna cum Fuluio Flacco interfectus.
3847	633	*P.Manlius. C. Papirius Balbus.*
3848	634	*L.Cæcilius Metellus. L.Aurelius Cotta.*
3849	635	*M.Portius Cato Nepos. Q.Martius Rex.* Africa prouincia consularis facta. Micipsa Rex Numidiæ mortuus.
3850	636	*L Cæcilius Metellus Dalmaticus. Q.Mutius Scæuola.* Æthnæ montis incendium.
3851	637	*C.Licinius Geta. Q. Fabius maximus.* L.Cæcilius Metellus Procos. Dalmatas subegit.
3852	638	*M. Aimilius Scaurus. M.Cæcilius Metellus.*
3853	639	*M.Acilius Balbus. C.Portius Cato.* Bellum Thracicum.
3854	640	*C.Cæcilius Metellus Carius. Cn.Papyrius Carbo.* Bellum Cimbricum & Theutonicum. Duo Metelli fratres triumpharunt, alter ex Sardinia, alter ex Thracia.

M.Liuius

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.	
3855	641	*M. Liuius Drusus, Thraces intra proprios fines continuit.*	*L. Piso Cæsanianus.*
3856	642	*P. Scipio Nasica, in consulatu mortuus.*	*L. Calpurnius Bestia.*

Bellum Iugurthinum.

A.M.	A.V.		
3857	643	*M. Minutius Rufus, contra Thraces feliciter pugnauit.*	*Sp. Posthumius Albinus.*
3858	644	*Q. Cæcilius Metellus Numidicus dictus, à Numidia dicta.*	*M. Iulius Silanus aduersus Cimbros infeliciter pugnauit.*

Iugurtha à Metello duobus præliis fusus.

A.M.	A.V.		
3859	645	*Ser. Sulpitius Galla.*	*M. Æmilius Scaurus Hortensius, à Cimbris cæsus.*
3860	646	*L. Cassius Longius, à Tigurinis Gallis, pago Heluetiorum, in finib. Allobrogum, cum exercitu cæsus*	*C. Marius, in Africa Iugurtham haud procul oppido Cirta armis exuit.*
3861	645	*C. Atilius Serranus.*	*Q. Seruilius Cæpio, Tholosanum in Gallia diripuit, multumque auri ex eius oppidi templis abstulit.*

M. Tullius Cicero natus. Item Pompeius Magnus Iugurtha à Boccho perfide captus, vin-

ctus.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMAN.
		ctusque à Sulla ad Marium deductus.
3862	648	*P. Rutilius Ruffus.* *C. Manilius.*
		Marius de Iugurtha triumphauit. Q. Seruilius Cæpio, & C. Manilius à Cimbris victi prælio castrisque binis exuti. Q. Cæpio Procos. cuius temeritate clades accepta fuit, damnatus.
3863	649	*C. Marius* II. *C. Flauius Fimbria.*
		Mario bellum Cimbricum commissum: propter quod ei consulatus per aliquod annos continuatus.
3864	650	*C. Marius* III. *L. Aurelius Orestes.*
3865	651	*C. Marius IV.* *Q. Luctatius Catulus.*
		M. Antonius prætor in Cilicia Piratas persecutus. Teutones & Ambrones duobus præliis ad aquas Sextias victi.
3866	652	*C. Marius V.* *M. Aquilius.*
		Q. Catulus Procos. feliciter contra Cimbros pugnauit.
3867	653	*C. Marius VI.* *L. Valerius Flaccus. Hic potius fuit minister Marij, quam collega.*
		Seditio Appulleiana. Q. Metellus Numidicus Rhodum sponte in exilium concessit, L. Appuleio Saturnino tribuno pl. legem Agrariam ferente. Appuleius ipse. cum Glaucia prætore, à mario in Capitolio obsessus, & ad deditionem compulsus, interfectusque est.
		Bellum Seruile secundum in Sicilia. C. Iulius Cæsar natus 12. Iulii.

A.M.	A.V	CONSVLES ROMANI
3868	654	*M. Antonius. A. Posthumius Albinus.*
		Q. Metellus ab exilio ingenti fauore ciuitatis reuocatus.
3869	655	*Q. Cæcilius Metellus. T. Didius Viuius.*
		C. Marius in Cappadociam & Galatiam præfectus. Lex Cæcilia Didia lata, de qua vide Ciceronẽ pro domo, & in 5. Philipp.
3870	656	*Cn. Cornelius Lentulus Clodianus. P. Licinius Crassus Diues.*
		Medi & Dardani subacti. T. Didius Procos. aduersus Celtiberos feliciter pugnauit.
3871	657	*Cn. Domitius Ænobarbus. C. Cassius Lõginus.*
3872	658	*L. Licinius Crassus. Q. Mutius Scæuola.*
		Ab his lata lex Mutia Licinia, de regendis in sua ciuitate sociis. Lucretius Poeta natus.
3873	659	*C. Cælius Caldus. L. Domitius Ænobarbus.*
		Fœdus primum cum Parthis ictum.
3874	660	*C. Valerius Flaccus. M. Herennius.*
		Trumphi duo acti, alter ex citeriore, alter ex vlteriore Hispania, à T. Didio, & P. Crasso Procoss.
3875	661	*C. Claudius Pulcer. M. Perpenna.*
		L. Crassus Censor cum Cn. Domitio P. Rutilius Rufus innocens repetendarum damnatus.
3876	662	*L. Martius Philippus. Sex. Iulius Cæsar.*
		Seditio Drusiana: vnde bellum sociale cum populis Italis exarsit.
		L. Crassus pleurisi extinctus 20. Sept.
3877	663	*L. Iulius Cæsar. P. Rutilius Lupus.*

L. Iu-

L. Iulius Cæsar ad Æserniam victus, contra Samnites feliciter pugnauit. Marius Marsos profligauit. Lex Varia maiestatis lata.

3878 664 *Cn. Pompeius Strabo, Marsos acie vicit: Vestinos & Pelignos ad deditionem coegit: Asculum oppidum cepit.* | *L. Portius Cato, Marsis aliquoties fusis, dum castra eorum expugnat, cecidit.*

A. Posthumius Albinus legatus consularis, infamis crimine proditionis, ab exercitu suo interfectus. L. Sylla ad Nolam Cluetium cæcidit: Hirpinos domuit: Samnites multis prælis fudit.

3879 665 *L. Cornelius Sylla.* | *Q. Pompeius Rufus.*

Mithridates rex Ponti Asiam inuasit: Romanos cædi iussit, pulsis Nicomede & Ariobarzane regibus. Orta inter Marium & Syllam de bello Mithridatico contentio P. Sulpitius tribunus pl. Marii causam contra Syllam defendens, ab eo occisus est. Sylla in Græciam aduersus Mithridatem profectus.

3880 666 *Cn. Octauius à Cinna collega occisus.* | *L. Corn. Cinna à collega vrbe pulsus, iunxit se Mario: Romam inde obsidet, capit, cædibus & rapinis vastat.*

3881 667 *G. Marius VII. cui 17. Ianuarij extincto suffectus Valerius Flaccus, à C Fimbria interfectus.* | *L. Cornelius Cinna II.*

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Sylla Athenas capit, magnamque ibi sæuitiam exercet.
3882	*668*	*Cn.Papyrius Carbo.* L.*Corn.Cinna.*
		M.Brutus, cui tot libros Cicero inscripsit, natus.
3883	*669*	L.*Cornelius Cinus IV. ab exercitu suo interfectus.* Cn. *Papyrius Carbo II.*
		Sylla pactis induciis cum Mithridate Italiam repetiit: cui Coss. se cum exercitu suo opposuere. C. Iulius Cæsar, pater Dictatoris, Pisis mortuus.
3884	*670*	L.*Scipio Asiaticus.* C.*Norbanus.*
		Sylla Norbanum ad Canusium prælio vicit: Scipionem in deditionem accipiens, dimisit.
3885	*671*	Cn. *Papyrius Carbo III. occisus in Sicilia à Pompeio.* C. *Marius Q. Mutium Scæuolam P. F. interfici iussit; Præneste dedita, mortem sibi consciuit.*
		Sylla multis præliis Marium cæcidit: & recuperata repub. multa crudelitate in ciues sæuiit. Pompeius occiso Carbone Siciliam recepit, Africam subegit, Hiarbam Naurum & Omitium occidit, gloriosequé triumphauit, & Magni cognomen accepit.
3856	*672*	M.*Tullius Decula.* C.*Cornelius Dolobella.*
		Sylla dictator, leges & iudicia Romæ restituit. Oratio pro Quinto à Cicerone habita.
3887	*673*	L.*Cornelius Sylla II.* Q.*Metellus Pius.*

Leges

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
		Leges Corneliæ à Sylla latæ. Oratio pro S. Roscio Amerino à Cicerone habita.
3888	*674*	*P. Seruilius Vatio Isauricus.* *App. Claudius Pulcer.*
		Sylla deposito magistratu priuatus deinceps vixit, & commentarios scripsit, quos Lucullo dedicauit.
3889	*675*	*L. Æmilius Lepidus, acta Syllæ conatus rescindere, à Catulo collega pulsus est.* *Q. Luctatius Catulus.*
		Sylla mortuus. Sertorius in Hispania bellum excitat.
3890	*676*	*M. Aimilius Mamercus,* *D. Brutus Iulius*
		Metellus in Hispaniam aduersus Sertorium missus, varia fortuna pugnauit. App. Claudius Procos. Thraces pluribus prædiis vicit.
3891	*677*	*Cn. Octauius.* *C. Scribonius Curio.*
		Pompeius in Hispaniam missus Metello iungitur.
3893	*678*	*L. Aurelius Cotta.* *L. Octauius.*
		Cicero Quæstor, Hortensius Ædilis Curulis
3893	*679*	*L. Licinius Lucullus.* *Aurelius Cotta.*
		Sertorii mors, eiusdemque belli Finis. Bellum Piraticum in Cicilia & Pamphilia. Bellum Mithridaticum instauratum. Verres Prætor Vrbanus. Cicero prætor Siciliæ.

680 *C. Caßius Varus.* *M. Terentius Varro Lucullus.*

Mithridates, qui Bithyniam populo Romano dicatam inuaserat, à L. Lucullo memorabili prælio nauali & terrestri victus & fugatus. Plutarch. in Lucullo. Lex Terentia Cassia, Frumentaria, lata, cuius Cicero meminit Verrina 5. & 7. Bellum Seruile cōtra Spartacum in Italia suscitatum.

681 *L. Gellius Publicola.* *Cn. Cornelius Lentulus, male aduersus Spartacum pugnauit.*

L. Lucullus Mithridatem in Pontem persecutus, Amisum & Eupatoriam, obsidione cinxit, Themiscyram oppugnauit.

682 *P. Cornelius Lentulus Sura.* *Cn. Aufidius Orestes.*

M. Crassus Propr. Spartacum cum XL. millibus cæcidit Pompeius Perpennam Sertorii commilitonem acie vicit & occidit Hispanias recepit, belli aduersus Spartacum reliquias confecit. L. Lucullus in Ponto aduersus Mithridatem feliciter pugnauit, cæsis hostium amplius LX. millibus.

683 *Cn. Pompeius Magnus.* *M. Licinius Crassus.*

L. Lucullus Mithridate profligato Armeniam populatur. Ciceronis actiones in Verrem. Tribunatus plebi restitutus à Pompeio Virgilius Poeta natus.

Q. Her-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3898	*684*	*Q.Hortensius.* *Q.Cæcilius Metellus.*
		Cicero Ædilis Curulus. L. Lucullus in Armenia Mithridatem & Tigranem reges pluribus prælijs fudit.
3899	*685*	*L. Cæcilius Metellus initio consulatus obiit.* *Q.Martius Vatia.*
		Q.Metellus L. Cos Fr. Cretam subegit, vnde Creticus est appellatus. L. Lucullus Nisibim vrbem expugnauit.
3900	*686*	*Cn.Calpurnius Piso.* *M.Acilius Glabrio.*
		Bellum Pyratarum, à Pompeio Creticum à Q.Metello confectum.
		Cicero Prætor Vrbanus, orationes habuit pro L. Manilia, & pro Cluentio.
3901	*687*	*M.Æmilius Lepidus.* *L.Volcatius Tullus.*
		Pompeius cum rege Parthorum Phraate amicitiam renouauit; Mithridatem equestri prælio vicit: Tigrani ademptis Syria Phœnice, & Cilicia, regnum Armeniæ restituit.
3902	*688*	*P.Cornelius Sulla.* *P.Antronius Pætus.*
		Ambitus causa deiecti, eisque substituti.
		L.Aurelius Cotta. *L. Manilius Torquatus.*
		Pompeius Mithridatem persequens, Iberos Albanosque transitum ei negantes, prælio vicit. Horatius Poeta natus.
3903	*689*	*L.Iulius Cæsar.* *C. Martius Figulus.*
		Pompeius bellum Mithridaticum confecit Syria in prouinciam redacta.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3904	690	*M. Tullius Cicero. C. Antonius.*
		Catilinæ coniuratio detecta. à Cicerone orationes de L. Agraria, pro Rabirio, in L. Catilinam, pro Murena, & aliæ dictæ. *Augustus* Cæsar natus 23. Sept.
3905	691	*D. Iunius Silanus. L. Licinius Murena.*
		L. Catilina victus à C. Antonio Procos. occubuit.
3906	692	*M. Pupius Piso. M. Valerius Messala.*
		Pompeii triumphus de Mithridate & Tigrane, aliisque regibus & gentibus plurimis. P. Clodius in festo Bonæ Deæ: domi Cæsaris deprehensus. Iudicium, in quo Clodius absolutus, Seneca lib. 16. epist. 98.
3907	693	*L. Afranius. Q. Cæcilius Metellus Celer.*
3908	694	*C. Iulius Cæsar. M. Calphurnius Bibulus*
		Cæsari Gallia prouincia ad annos quinque decreta.
3909	695	*L. Calphurnius Piso Cæsonianus. A. Gabinius.*
		Bellum Gallicum Cæsaris per annos IX. gestum; sub cuius initium *Ariouistus* victus. Cicero propter Clodium in exilium pulsus.
3910	696	*P. Corn. Lentulus Spinter. Q. Cæcilius Metellus Nepos.*
		Cicero ab exilio reuocatus. Orationes post reditum

tum

tum in Senatu, ad Quirites, pro domo sua, de Aruspicum responsis, &c. ab eo habitæ. C. Cæsar in Belgas profectus, eos cæcidit: Suessones, Bellouacos, & Ambianos in deditionem accepit.

3911 697 *Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus.* *L. Martius Philippus*

Veneti à C. Cæsare nauali prælio victi Ptolomęus *An*letus rex Ægypti, regno eiectus, Romani pop. auxilium implorauit: qua de re multæ sunt epistolæ Ciceronis lib 1. Famil. ad P. Lentulum Procos. Oratio pro P. Sestio habita.

3912 698 *Cn. Pompeius Magnus II.* *M. Licinius Crassus II.*

Ptolomæus rex in Ægyptum reductus à Gabinio & *An*tonio. Britanni à Cæsare victi.

3913 699 *L. Domitius Ænobarbus.* *App. Claudius Pulcer.*

M. Crassus ad bellum Parthicum eundo, Templum Hierosolymitanum spoliauit. Paulo post à Parthis vna cum filio & toto exercitu cæsus: sacrilegii istius meritas dedit pœnas Ioseph. lib. 14. c. 13. Egesippus lib. 1.

3914 700 *Cn. Domitius Caluinus.* *M. Valerius Messala.*

Cæsari prouincia Gallia adhuc per quinquennium continuata. Clodius à Milone interfectus.

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3915	701	*Cn. Pompeius Magnus III. & Solus.* — *Q. Cæcilius, quinq; mensibus extremis.*
		Milo damnatus. Oratio pro C. Rabirio Posthumio dicta.
3916	702	*Ser. Sulpitius Rufus. M. Claudius Marcellus.*
3917	703	*L. Æmilius Paulus. C. Claudius Marcellus.*
3918	704	*C. Claudius Marcellus. L. Lentulus Crustellus.*
		Bellum ciuile Cæsaris & Pompeii. Pompeius cum Coss. in Græciam fugit. Cæsar Dictator sine Mag. Eq. Hispaniam occupauit, Massyliam expugnauit.
3919	705	*C. Iulius Cæsar II. P. Seruilius Isauricus.*
		Prælium Pharsalicum. Pompeius interfectus. Cæsar Monarcha factus.
3920	706	*Q. Fusius Catenus. P. Vatinius.*
		Cæsar II. Dictator cum M. Antonio Mag. eq.
3921	707	*C. Iulius Cæsar III. M. Æmilius Lepidus.*
		Cæsar 3. Dict. Africana Cæsaris expeditio & prælium cum Scipione & Iuba. Catonis mors. Oratio pro M. Marcello habita.
3922	709	*C. Iulius Cæsar IV. sine collega: abdicauit & sibi suffecit Q. Fab Maximum, & C. Trebonianum. Fabio extrema anni die mortuo sufficitur Caninius Rebilius.*
		Ex hoc anno honorarii Coss. creari cæpti. XII. prætores facti. Cæsaris prælium ad Mundam cum Pompeii filiis. Oratio pro Ligario, & Rege Deiotaro dicta.

C. Iul-

A.M	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3923	709	*C. Iulius Cæsar V. Dictator IV. M. Antonius. Ei in senatu XXIII. Vulneribus confosso, suffectus P. Cor. Dolobella.*
3924	710	*A. Hircius. C. Vibius Pansa.*
		Bellum ciuile Mutinense. Coss. ad Mutinam occisis. C. Cæsar Octauianus, ante legitimam ætatẽ, per vim adacto Senatu, se cum Q. Pedio, hærede Cæsaris ex quadrante, consulem fecit. Orationes Philippicæ in Antonium dictæ. Circa finem anni, M. Antonius, Augustus & Lepidus Triumuiri, ad Bononiam reconciliati, aduersarios suos proscripserunt, & in his M. Tullium Ciceronem. Ouidius & Tibullus Poetæ nati.
3935	711	*L. Aimilius Lepidus II. L. Munatius Plancus.*
		Cicero iussu Antonii interfectus. Cassius & Brutus victi, mortem sibi consciuerunt.
3916	712	*P. Seruilius Isauricus II. L. Antonius Pietas ab Octauio Cæs. ad Perusiam victus.*
3927	713	*Cn. Domitius Caluinus II. C. Asinius Pollio.*
		Cornelius Nepos claret.
3928	714	*L. Portius Censorinus. C. Caluisius Sabinus.*
3929	715	*App. Claudius Pulcer. C. Norbanus Flaccus.*
		P. Ventidius, Antonii legatus de Parthis profligatis, triumphauit.
3930	716	*M. Vipsanius Agrippa. L. Caninius Gallus.*
		Salustius obiit.
3931	717	*L. Gellius Poplicola. M. Cocceius Nerua.*
		Bellum inter Octauium Cæsarem & Sex. Pompeium vario euentu gestum.

L. Cor-

A.M.	A.V.	CONSVLES ROMANI.
3932	718	L. Cornificius. *Sex Pompeius, ab Octauio Cæs. Sicilia pulsus, inque Asiam fugatus & occisus Appianus lib. 5.*
3933	719	*L. Scribonius Libo. M. Antonius. Suffectus L. Sempronius Atratinus.*
3934	720	*C. Cæsar Octauianus II. L. Volcatius Tullus.*
		Iapygæes, Dalmatæ, & Pannonii in potestatem Octauii redacti.
3935	721	*Cn. Domitius Ænobarbus. C. Sosius Nepos.*
		Antonius Octauiani Cæsaris sororem repudiat.
3936	722	*C. Cæsar Octauianus III. M. Valerius Messala Coruinus.*
		Cæsar Antonium & Cleopatram ad Actium vicit: eisque in Ægypto ad mortem sibi ipsis inferendam compulsis, solus imperium Romanum obtinuit.
		Bellis ciuilibus finis impositus, & Ianus tertium clausus.
3963	750	*IESVS CHRISTVS Dei filius ex Maria Virgine natus.*
3978	765	*Augustus Cæsar mortuus.*

FINIS

